
















· BETHENCOURT (Jacques de)







NOVA PENITENTIALIS QVADRAGESIma, necnon purgatorium, in Morbum Gallicū, siue Venereum, vna cū Dialogo aquæ argenti, ac Ligni Gaiaci colluctantiū, super dicti morbi curatiōis prælatura opus fructiferum, a Iacobo Abethencourt Rhotomagensi medico nup editum, quo sequentia continentur.

¶ Impressum Parisijs, typis Nicolai Sauetier, in vico Carmelitarum, sub homine sylstri.

1 5 2 7

Iacobus Abethencourt Medicus Lectori Salutem.



Erissimũ nõnullis huiusce tẽpestatis medicis videtur benigne Lector, hoc Plinij dictũ. Succũbit morborũ nouitatib⁹ medẽdo medicina. Quãdoquidẽ morbi (quẽ Neapolitanum vocitãt) certa nulla exquisitaq; abs quiuis medico sit adhuc inuenta curatio. Tum quoniam veteres medici pręcipue Hippocrates & Galenus archiatri, ac medicorum celeberrimi, nihil de eo morbo nominatim scripserunt. Verũenimuero citra talium veterũ in medicina pontificum dogmata (& si speciatim de illius morbi causis/essentia/ac symptomatis, nequaquã scripserint,) tanto morbo medicus potest mederi nullus. Sed suis theorematis perpensis quisquis fuerit doctus medicus/cuiusuis curabilis morbi/nedũ istius/præsidium venari poterit. Cæterũ, quia pauci in talis morbi curatione dictorum medicorum decretis vtuntur, inopinati succedunt euẽtus. Quãobrem illius morbi non visa curatione chirurgorum muneribus cerdones, ac mulierculę/sese accingũt, ac inde multi fiunt abusus, Adde quod chirurgorum nunc tẽporis in dicti morbi curatione, duæ pręcipue prorumpunt hæreses. Altera gaiacum extollens lignum, Altera vero aquã argenti non mediocri efferens pręconio. Illa pœnitẽtiali quadragesima. Hęc vero quodam purgatorio mederi vi=

detur, Et eam ob rem candide lector operepreciũ duxi, Hippocratis necnon maxime Galeni theoremata in talis morbi curatione imprimis necessaria chirurgorum medendi modis inserere, vt salubrius cũ humanis agatur. Ac differere quæ nam dictarũ heresum secte fuerit dogmaticæ quadrantior, & quorum chirurgi medicorum placitis innitantur. Quot abusus in curatione fiant. Quãto in precio in morbi medicatiõe debeat esse Galenus. ac quantis vltra eius posteriores medicos extolli debeat laudibus. Scio me a nonullis damnatũiri medicis, quod preter Galeni placita dixerim penitus nihil, ac forsitã eũ haud exquisite, ornateue citauerim, quib⁹ sic respondeo. Sufficit mihi quod eos proritauerim ad melius de medicina merendum, presertim de huius morbi curatiõe omnium morborũ vulgatissimi, ac præter cæteros morbos frequentiore morborum ac symptomatum satellitio (quod secum adfert) nocentissimi. Quis poterit medic⁹ maiorem sibi reportare gloriam, quam eam comparatã ob hostis nature offensissimi marte galenino, apollineaque arte profligationem. At qui quanto pestilentioris est hostis debellatio, tanto strenuior victoria. Nec morbi magnitudo, turpitudo, causa, curationis difficultas, aut rodentis literarios ob inuidiã labores sycophantia, absterrere distrahereque cordatum debent medicũ, quo minus de tanta lue differatur, humaneq; consulatur naturæ. Nec Hippocrates, nec quoque Galenus, medici prope diuini ob talia aliquem intentatum reliquerunt morbum. Velim propterea

solertiores, peritiores, ac doctiores medicos meis scriptis ad certam exquisitamque dicti morbi curationem venandam propellere, catellorum venatitiorum more, qui &si adcurate prædam perquirant, eius tamen rarenter potiuntur. Vastorum etenim canum eam refert adoriri, sin aliter non paruæ temeritatis (scio) insimulandus ipse prodirē, grauior vero in hac re prouīcia meis esset impar humeris. In hoc mecū habito ad expergiscendum totus meus versatur scopus, ad docēdum nequaquam. Præterea &si adoleuerit iam consuetudo, vt quicunque scribit, sua patulicanda voluerit scholia, sub alicuius literati, ac prudentis magnatis patrocinio auspicione (cui dedicet) in lucem prodire, ego si hanc consuetudinem non obseruarim, offendi neminem. Quum eę meę ineptiunculę sine labe dicti morbi suspitionis dicari possunt nulli. Propterea humanissime lector vtcūque fuerit boni consulito. Vale Rothomagi. 1527.

Prohemium.



Vperioribus diebus quum mecum sæpius penderem priscam illam apollineam artem ab Hippocrate, ac Galeno proditã, & exercitatæ nunc medicinę cõferrẽ, rationalem illam dogmaticamue, iamdiu veluti reiectam a nonnullis hanc pene empiricam amplexantibus medicis, non potui nostram nõ vicij insimulare sortẽ. Taxatur enim Galenus, quod cuiuis morbo recentiorum more haud propriã scripserit methodum. Quid per deum immortalem tam pręter rationem, quam de indiuiduis propter æternam eorum, ac frequentiorem mutationem scientiam velle habere? Ait Galenus in sua pulsuũ isagoge. In ijs solum quæ concernant genera, & species, ars consistit. Hinc tertio therapentices ait. Nulla scribi potest ad vnguẽ curatio. Scripsit Galenus similarium, ac dissimilarium & naturales, & innaturales adfectus, ac eorum anatomicẽ, symptomata, medicaminum, ac totius pene rei medicæ naturas, necnon theoremata, quorum recordari (ait septimo therapentices) vt per ea operari valeamus particularia debemus. quibus ab homine literato ac physico (Atqui vbi desinit physicus ibi incipit medicus) haud oscitanter visis, longo tempore consyderatis, ac memoriæ commẽdatis, cum ingenij solertia, artificiosaque coniectura, nõ potest nemo cuiuis morbo curabili salubriter medicari. Nec me latet aliquos libellos Galeno esse

fallo adscriptos, alios male traductos, nonnullos esse quibus Galenus veterum decreta reclusit. Nouissime vero traductos solos luculentos Galeni auream venam, eius Pallada, ac phronesim redolenteis arbitror. Neq; censetur absque diuino adflatu talia scripsisse. Quicquid boni profecto posteriores in medicina scripserunt, medici ab eo mutuati sunt, quod si postliminio rediret, moueret profecto vt habetur apud Aesopum colœus monedula verisum. Verissimā profecto scripsit Galenus medicinæ scientiam, empiricę dogmaticen præferendo. Quid enim tam fallax quam scriptis iandudū antidotis vnicuique mederi morbo? Atqui non homini cęterum Platoni (ait. ij. therapentices Galenus) medemur. Hinc ab Aristotele verissimum dictum. Non sunt vera posita exempla. Ait Galenus nouissimo therapentices principium versus, Auxiliorum materiam nequaquā tradidimus, nisi tantū exempli gratia. Proinde qui ijs vtūtur antidotis, non possunt non decipi, ac decipere. quod plęrunque quibusdam nomine chirurgis, rei physicæ ac medicæ scientiā minime profitentibus accidit, ac volentibus vno schemate omnium pene hominum pedibus calceos imponere. Propterea primo therapentices taxabat Galenus thessalum promittentem totius medicinæ artem sex mensibus se traditurū, dicens. Si neque geometriæ, dialetices, musices, ac longioris indigerent experientiæ, qui medici sunt futuri, sutores, tinctores, pictores, & alij nō pauci, proprio magisterio relicto in medicæ artis munera insilirent. Ait Hippocrates

libro de lege. Plurimi quidem sunt medici verbis, famaqꝫ, opere autē, & re vera perpauci. Intelligere vero nequeo quomodo canonice chirurgus non physicus mederi possit. Ait Galenus primo therapentices. Nemini phas est curare, qui corporis vniuersi naturam non perspexerit. Et tertio eiusdem libri vbi agit de manuali operatione ait. Nempe nihil potest medicus de vlla singularium partium agere citra naturalem scientiam. Et. ij. eiusdem libri ait. Non potest cognosci id quod est præter naturam, nisi cognoscatur id quod est secundū naturam. Et cum medicinæ theoremata sint respectiua, cui est ignota medicus natura eam ad pristinum reducere nequibit. Hinc ait. iij. interiorum. Nugaces sunt empiricorum occasiones. Ait. j. de febribus ad glauconem. Haud mirandum complures medicos in medicinæ operibus oberrare, quantum cognitione falluntur & .10. therapentices, ait. Curatio agnitionem promissionemque sequitur, infinitis pene locis talia dixit. Quid tam præter religionē christianam quam incognito mederi morbo, ac demum pro mercede lites agere nedum pręmia suscipere. Atqui pium videtur esse latrociniū. Haud absimile si quis recipiat profiteaturve morbum incurabilem, ac nulli remedio succumbētem sanaturum, & ob talem causam mercedem accipiat decipiendo furatur. Galeni vero tempore manuali vtebāt̃ opatiōe medici, & q chirurgos a medicis seclusit (haud physicos dico) eos veluti medicorum penitus ministros (prout videre videor) intellexit, sin minus cæci viderent, fierentqꝫ quoti-

die miracula. Propterea si vetula icognito medeatur morbo, miraculi vice celebratur. Si indoctus medeatur medicus, orandum vt sors super eum cadat. saltem quod ægrotanti, haud deterius contingat. Illud profecto Plinij pro oraculo haberi potest nono & trigesimo in naturali historia libro dicentis. In sola arte medicinæ hoc euenit, vt cuicũq; medicũ statim profitenti credatur, quum in nullo mendacio periculum sit maius. Tantum abest ait Plato, vt ea quę cuiq; apparent, vera sint, vt nihil eorum quę apparent existant. Nec pharmacopolarum vasa quantulacunque deaurata sint, ac bono ordine collocata bonis sunt vnguentis aliisq; medicaminibus plena. Atqui signum pro caupona venale denotat vinum, cęterum plęrunque vappa & subacidum tãtum illic vęnit vinum. Commodi vtilitatisue pretextu talia frequentissime simulantur. Huic adstipulantur sententiæ sanctus Gregorius dicens. Sępe vicia pro virtutibus se ingerunt, & virtutes sese esse mentiuntur, vt audacia pro fortitudine, prodigalitas pro liberalitate & superstício pro religione. Hæc hypocritarum hæresis, simulãtium ve hominũm, in omni arte, vbique locorum, vsitatissime exercetur, sicuti si absit interna religio, ac vera, pannosa, deceptoriaque, succurrit. Si absit dogmatica galeninave, doctrina, pseudomedicus, ac sciolus sericea alopecinaque veste, logodædalea, ac plexiloquẽtia vtens, cum proditoriis receptionibus vulgus inescat, oblactatque, vt possit pecuniis emũgere. Ait Hippocrates libro de probitate. Si qui ob lucellum vagantur ac decipiũt, in

vrbibusque regnant, quos quisque ex vestibus, cęterisque ornamentis cognoscat, quo superbius vestiuntur ornanturque, tanto magis odioque maiore ijs qui hos inspexerint auersandi fugiendive sunt. Non enim domo dominus (ait Cicero primo de officijs capite. 53.) sed domino domus honestanda est. O vestis sericea, ac lingua dædalea, quam dispari domino dominaris. Quęrulabatur olim ferrum (aiũt) apud aurum, quod natum esset ad vilia turpiaq́ꝫ. aurum vero maiori esset precio. Tace inquit aurum, tuis omnibus infortunijs longe deterior est mihi sors. in quorũdam illiteratorum deueni manus, qui propter me doctorũ, ac prudentium mentiuntur personas, & quasi ad decipiendum magis quam ad decorandum videor natum. Propterea summopere cauendum, ne talibus simultatibus, medicinęq́ꝫ professionibus decipiantur patientes. Nec ijs velim dictis chirurgos taxare haud penitus scientiæ naturalis ignaros, eos maxime, qui in dubijs medicos consulunt: cæterum literarum penitus ignaros, & qui solum ob lucellum morbos omnium pene curatu difficillimos inuerecunde medicari profitentur. pręsertim morbum vulgo dictum neapolitanum dequo pręsens (ne legentis mentem longius suspendam) sermo erit: secundum medicorum veterum pręcepta ac decreta/maxime Galeni sũmi in medicina post Hippocratẽ (cui successit) pontificis. Quippe humanissimus fuit/atque veracissimus. Ait. 7. therapeutices. Ego ab ipsa vsq́ꝫ adulescẽtia vulgi famã contempsi: & veritatis scientiæ studio flagtaui.

Præcellit profecto omnes posteriores medicos veluti sol alios planetas : ac medici Galeni doctrina splendescunt: multisque laudibus extolluntur. Et si nonnulli aliquibus in locis haud Galeni referant doctrinam : illic pene obtenebrescunt . Sic Galeni acutissimi ingenij incredibili doctrina medicinę scientia fit luculenta: aliorum vero doctrinis pene obscuratur, ac prope vilescit. Tanta est artificū inter se pugna : vt quod vnus saluberrimum dixit/ id protinus alter perniciosum esse contendat. Propterea medica sciētia damnatur perinde ac si nulla esset eius professio . Tales profecto posteriores medici veluti paraphrastę, ob varias ac sophisticas opiniones, ac gręcę literaturæ inscios traductores, a Galeno artis medicę fonte altero haud mediocriter degenerāt. Quiuis propterea in arte medica græcas / aut taxat / aut paruipendit literas, Tardi vel crassi ꝑfecto est ingenij. Atqui Galenus fuit natione græcus , Hippocrates quoque quamobrem ab illis fontibus iam pro bona parte barbariei tenebris viduatis, & a literatis interpretib⁹ emaculatis medicinam hauriamns: & tanquā Paulum in sacra pagina Galenum in medicina veneremur, ac ei⁹ opera sint nobis in medicina probatissima biblia: saltem nouum in medicina testamē tum . Hippocratis vero opera vetus. γαληνός Galenus idem est quod tranquillus/ ac serenus, videtur γαληνός ἀπὸ τοῦ γάλακτ𐅻 venire , id est a lacte . quod sicuti saporis, ac succi bonitatem habet lac, ac egregie nutrit prout ait Dioscorides. sic Galeni doctrina rationib⁹ procedens succosa/ ac pin-

guis/ optime pascit medicinæ tyrũculos/ac studio-sos/ & more lactis scabriciem habet nullam. Cæterum quia eius operibus satis extollitur: de ijs satis. Decreui tamẽ in hac re eum maxime prout inferius patebit consulere,

¶ De morbi venerei nomenclatura: & quod a sanctis minime sortiatur nomen.



Ait Galenus. 2. Therapeutices inspicienda est diligenter nominum diuersitas. Aliqua a lęsa parte sunt morbi nomina indita vt pleuritis, id est lateris compunctio/ ischias/ nephritis/ cephalalgia. Alij morbi a symptomate sortiuntur nomina, vt voluulus/ apepsia/ apnoea/ paraphrosynę. sepe ab ambobus vt otalgia cephalea/ odontalgia/ hysteralgia. Plęrũque a causa vt melancholia pituita alba (quam græci leucophlegmatiam vocant) A similitudine vt elephãtiasis/ staphile/ atheroma/ melliceris. Ait Galen⁹. 3. de morbo. Nõ in noĩm, sed in rerũ notitia officiũ medici versari videtur. Non oportet tamen. Ait Galenus. j. Therapeutices nominibus seduci. Homonymia etenim: ac nominum vicinitas cauillationem parit. Quum vero anno quo galliarum rex karolus octauus impetum neapoli fecit: suorum/ aut peditũ/ aut equitum/ quibusdam talis prorupit morbus. Itali gallicum vocant morbum. Nos cisalpini neapolitanum. Alij crassiorem variolam: nonnulli elephatiasim: atqui cum eo in multis symptomatis symbolizat. Quidã lichenam impetiginemve. Cęteri a loco mentagrã pudendagramq̃. Plęrique magnatum morbum. Ait

Plato. Nomina sunt rebus indita non fortuitu: cęterum quodam naturæ instinctu. Si a causa (quod maxime meo iudicio fieri debet) venereus merito dicetur morbus. Nonnullis talis attribuit morbus sanctis, vt pote sancto semento, ea forsitan ratione quia gonimus repullulans fertilisve morbus. Non pauci sancti Iobi morbum vocant: quia (aiunt) scabie fuit fœdatus. Ait Hippocrates libro de sacro morbo. Si qui in cubili somnia/ terrores/ cæteraque talia patiantur, hecates insidias / hæroumque insultatiões aiunt esse. quare piamentis carminibusque vtuntur. sic diuinum numen impiũ non sanctumque reddunt: ac eorum pietas impietas est. Et quum ob venerem talis emanauit morbus (vti sequentibus videbitur) indignum videtur iis tribuere sanctis. quod probatissimæ vitę hominibus adscribere non vellemus. Nec est quispiã homo a deo abiectæ naturæ, qui vltro velit nomine nedum morbo donatum iri: pręsertim isto fœtidissimo morbo ab homine in venerem putri primitus solum contracto. Itaque a nullo sancto talis sortiri debet nomen morbus. Nec phylargyrisantibus permittendum hominibus: quod a sanctis huic indatur nomen morbo ob sola pinguiora anathemata / donariave. olocaustis non delectatur deus. Expiscari pecunias solo morborum in sanctos commento, ac quæstum facere, videtur esse nephas. Ait Plato libro. 2. alcibiadis vel de voto. Neq; enim est huiusmodi dei natura vt muneribus ducatur, quemadmodum improbus fœnerator. Sed nos nimium deliramus: si quando nos la=

cedęmoniis propter munera deo acceptiores esse duximus. Etenim graue esset si deus ad munera & sacrificia nostra potius respiceret quã ad animũ. Ait sanctus arte medicus Lucas in actis apostolorum capite. 8. Pecunia tua tecum sit ĩ perditionẽ: quoniam donum dei existimasti pecuniis parari. Ait Lactantius libro de vero cultu. Mactant opimas/& pingueis hostias quasi deo esurienti: profundunt vina tãquam sitienti: accendunt lumina/ velut in tenebris agenti. Nec ab re hoc in morbo venereo de moribꝰ loquor. Atqui frequẽtius haud sine animi vicio talis contrahitur morbus. Nec ad solum philosophum (ait Galenus quinto sanitatis tuendæ) spectat animi mores effingere: sed etiam ad medicum. Corrumpuntur animi mores praua cõsuetudine/cibi/potionis/ Auaricia necnõ muneribꝰ proritatur venus. hinc talis prorumpit morbus. Animi vicia in corporis vicia redundant & ecõtrario. Ait Plato. Est corporis & animi mutua reciprocaq;/ & beneuolentia & maleuolentia. Sed de iis forsitan pręter scopum ac de diuinis nimis. quippe veritas liberis ac tempestate pedibus ambulare non solet. digito necessum est compescere labellũ. religionis tamen christiane diuina decreta latere debent neminem. Quique medici maxime sacerdotes/sacrarum literarum studia/& christiana dogmata velut rem christiano indignã, ob iustitiam forsan exhorrent. Necnon legis diuinæ meditationem damnant quam tamen (si e sacro fonte renati) ꝑfessi sunt: & in verba cuiꝰ (vti quilibet christianus) iurarunt tales profecto, non mi-

nus deteriori q̄ venereo laborant morbo. Quanto etenim animæ corporib⁹ nobiliores: animi vicia quam corporis deteriora sunt. Itaque iis consyderatis dimissis sanctorum nominibus: talis morbus omnium maxime venereus prout inferius patebit merito dici debet.

¶ De causis/ & primo de supercęlesti causa.



Heologi hui⁹ morbi causam arbitrantur supercœlestem: & ad sonteis puniendos flagellum esse dei, de quo Psalmista visitabo in virga ferrea iniquitates eorū. Ait Moyses capite. 28. Deuteronomii. Si nō audieris domini præcepta: percutiet te dominus vlcere ægypti: & ficubus/scabie/quoq; & prurigine: ita vt curari nequeas. Et Paulus ad Hebręos. Flagellat omnem filium quem recipit. Atqui infœlix est culpa cui nō successit pœnitētia. Ait Plato animæ nostræ a cœlestibus emanarunt corporibus: & pręmiabuntur secundum merita: punientur vero secundum demerita. Ait Galenus super primum librum præsagiorum Hippocratis. Quibusdam videtur quod morbi accidunt hominibus ex ira dei qui est benedictus & sublimis. Ait Hippocrates libro de fœminea natura. De morbis sentio maximam causam hominib⁹ esse diuinum numen: deinde hominum naturas: qui probe hoc tractabit primum a diuinis numinib⁹ auspicetur. Ait libro de probitate. Medici nāq; plurimū diis concedunt: medicina enim multum posse sibi non arrogat. Si nouę indulgentię in medium erumpe-

rent: & tali morbo correptos ab illius morbi pœ-nis absoluerent/ ne dicam culpa: non mediocreis profecto pecunias nostri ad populum concionatores, hinc expiscarentur cum magno nostratium medicorum/ac chirurgorum detrimēto. Cæterum forti morbo forti medendum medicina. Ait Hippocrates. Extremis morbis extrema exquisite remedia optima sunt. Forsitan debilior: aut parum exquisita videretur medicina pro tanti morbi curatione: sed mittamus hęc theologis.

¶ De causa cęlesti.



Astrologi huius morbi causas in cęlesteis influentias cum Marte coeunte Saturno reiecerunt. Sed inquantū videre videor, a Venere potius/quam a quouis alio planeta p̄sertim in signo geminorum existenti/ fluxisse videtur. Ait Ptolęmeus in suo centiloquio. Venus est planeta beneuolus: ac humidus: & propter solis vicinitatem parum calidus, vapores / flatusve / libidinem haud parum irritantes generans. Flatus enim a calore claudicāte generatur: a fortiori soluitur. Aitq; paulo post. Caliditas & humiditas generatrices sunt & operatrices. absit a virgine in lucem p̄deat. planeta frigido & sicco. Atqui Venus virginē corrumpit. Estq; Venus planeta virilis lumbos/nates vuluamq; respiciens, cuius hora siue retrogradus fuerit/ siue in ascensu/siue descensu. Ait Bethen in suo centiloquio, est fœminas emere. Item eius influētia quando coit cum geminis: maiori est in vigore: quia Gemini signum est Veneri haud asym-

bolum. Regnat Venus vel quauis influētia repu-gnāte: omnibus horis diei magis tamē noctu quā diu: ac magis diuitum/ac iuuenum/formosorum/ac opipare viuentium domibus/quam pauperum senum/deformium/ac frugalium hominum. His itaq; consyderatis si astrologis habenda sit fides, potius a Venere in signo geminorum, quā a Marte cum Saturno coeunte, talis emanauit morbus. Et si Origenes/sanctus Augustinus/ac non pauci nostræ religiōis antistites, astrologiā tāq̄ diuinatricem/ac imaginariam cōtēpserunt veluti astrologi sua mēdacia omni vorato pudore venalia habentes/diluuio præsagito teste, ac flatibus superioribus non præsagitis. Nihilominus hæc inferiora cœlestium virtute: & supercelestium celestia ducuntur virtute. Itaque ee due cause vna cum subcelesti physicaque causa non possunt non concurrere, cum discrimine tamen illis duabus primis generaliori/ac spirituaiori modo: hac vero inferiori priuatiori, illis arcanis & pene incognitis, hac profecto frequentius nota.

¶ De causa physica: & primo de morbi origine.

NOs sensuales medici physice veluti precipue/ac luculentiori adhereamus, nec aliam precipuam queram⁹ causam preter ipsissimum hominem. Ex hominū importuna salacitate cum corporum cœlestium influxu/ac supremi flagello (videtur pestilens influxus flagellum esse dei) talem venereum morbum originem traxisse non ambigimus. Ob amborum spermatū, ac forsitan mensium mistionē pestilens

contracta fuit qualitas (quam formã specificam vocant) adiuuãtibus importuno tẽpore/ corrupto rum excremẽtorũ redundãtia/ motu/calore/ oblectatione/ac scorti mẽsium virulẽtia. Arbitrãdũ est vnico venereo opere, causis prædictis quã quouis alio tẽpore vehemẽtiorib⁹, talẽ primã duxisse originem. Nec mirãdũ. Diluuiũ enĩ vniuersale, vnicum fuit: quod cœlesti prouidẽtia ad vitæ emẽdationem theologi. Astrologi vero/ac physici/sy derum cursu factũ arbitrant̃. Dehinc talis morb⁹ ob cõtagium pullulascit. Si vir quam mulier tali pri⁹ fuerit correpť⁹ morbo necne: crepera videtur questio, quia ex spermatũ cõmistione talis cõtrahitur qualitas, cõcępitq; vter⁹ ambo spermata: aliquãtulũq; seruauit: talisque mistio/ac qualitatis ꝓductio/tẽpore fuit cõtracta, coniectandũ esset fœminam, quam marem prius correptã fuisse: nisi mentula quam matricis ceruix rarior calidiorq; esset: ac ꝓpterea nocumẽtũ ꝓpensius susciperet. Vtcũq; sit parum nostrę perpensionis refert: nihilominus si mentulæ fiat post coitum lotio, rarenter talis ꝓrumpit morbus. Si antea homines fatigarit(prout quidam somniare vident̃ medici) veterum tamen medicorum placitis/ac decretis/ minime declarat̃. Profecto solũ abhinc trigĩta circiter annos nobis talis visus est morbus. Talibus causis simul/ aut ꝑ maiori parte cõcurrentibus: virile semen cũ fœmineo mistum corruptũ fuit: corruptũq; venenosius euasit. Et nimirũ ait Galenus libro de spermate. Sperma præter naturã retentum / idem facit quod venenũ. Magis ꝑfecto ꝓpensiusve fit venenosius:

si aut loci maiore/aut mẽsium virulentia/aut quo-
rum vis aliorũ putridorũ/ ac fœtidorũ excremẽto
rum redundantia:aut iis oĩbus corripiat̃. Quanto
profecto aliquid melioris subtilioris,ac dignioris
est substantiæ/ac naturæ cõformis : si corrũpat̃ tã-
to magis deteriorẽ sibi venat̃ naturã:multoq; no-
centius lędit, sicuti experimẽto videmus in mori-
bus. Quanto amicitia maior veluti inter fratres: si
quauis pereat causa:tanto deterior prodit inimici
tia,/& vt in prouerbio dicit̃ (Ait Aristoteles septi-
mo Politicorũ) fratrum contentiones/ ac irę/sunt
acerbissimæ, & qui se nimium amant: hi se nimiũ
oderunt.Hinc quum semen sit naturæ amicissimũ:
si corrumpat̃ fit inimicissimũ , & sicuti natura est
illi odio ,tale quoq; semen sic corruptũ infensum
est naturæ,veluti ob maioris amicitiæ deperditio
nem tristant̃ animalia: ac mutuo inuicem aduer-
santur. Semini oẽs spirituũ species/& naturalis/
& vitalis/& animalis insunt. Cęterũ animalis spi-
ritus maior copia / qui naturæ cœlestis particeps
esse videt̃,prout sequenti ꝓcessu patebit Quib⁹ spi
ritibus corruptis pręcipue animali / vna cum toto
residuo:iis non potest non cõparari eadẽ/ aut for-
tiori ratione pestilentior natura , quæ sicuti talis
animalis spirit⁹ cœlestis naturæ minus est expers:
sic talis pestilens natura, pro spirituum corruptio
ne spiritalis videtur./Et quum in talem pene vene
nosam semen vna cũ talibus spiritibus degeneret
naturam : haud ab re seuiori qualitate semen erit
donatum:& ob spirituum corruptionẽ (sicuti prę-
dictum est) pene cœlesti (quam arcanã vocam⁹)

quæ omnibus aduersatur succis, ac mēbris, pręcipue pituitę, ac mēbris spermaticis: nō qualitatum elemētariorū more illico dolorē agētium: sed ꝑ eorum passibilitate: ac in eos seminis corrupti inimicitia, pestilentis more influxus: quo primū aer (qui & si haud sensiliter lędat nō potest nō infici) dein spirit⁹, postremo corripiunt succi, ac mēbra. Nec hoc agit qa calida, aut frigida, aut humida, aut sicca, sed quia talis. Petitq; mēbra quib⁹ aduersatur inimicitiæ causa: sicuti cor venenū. Ait Galenus. 6. de locis adfectis. Nimirum si semen in parua corruptum quantitate: sęuiora inferat accidentia. Etenim phalangij ictu totum adfici videt corpus. Adhuc magis in scorpionis ictu: quo vniuersum corpus veluti grandine percuti videtur animi simul defectione accedente. Plane videtur in marina torpedine: vtpote cui tam vehemens sit potētia: vt per piscatoris tridentem transmissa: ad manum mutatione de repente totam reddat torpidā. Vnaqueque profecto qualitas arcana: propriā habet naturam, ac pro eius agit natura. Si talis qualitatis spiritus animalis vehiculum fuerit, aut radiādo inficiat, corrumpatve, talis qualitas vel tali qualitate corruptus spirit⁹, medici limatioris æstimatiōis refert differere. Ait Galenus tertio interiorum. Atqui scorpionis aculeus totam cutem penetrando ad profundum vsq; potest prouenire, phalangiorum vero ictus solam adficit superficiem: a qua vis ad totum peruenit corpus, sic de semine corrupto existimandum puto.

¶ De semine ac eius origine.



T facilior nostra declaretur intẽtio: de feminis natura, ac eius origine differendũ. Ait Galenus.1.sanitatis tuendæ. Tres in corpore sunt conco ctiones. Prima in vẽtriculo celebra tur: secũda in iecore ac venis: tertia in mẽbris. Idem dixit.6. de morbo. Et quũ dicat Aristoteles.1.de generatione animaliũ capite.18. Semẽ vltimũ est alimentũ, sequit̃ quod tertiam no uissimamve suscepit concoctionẽ: hinc a sanguine perfectione, a mẽbris imperfectione, ab illo rubo re: ab iis duricie, ac paucula albedine recedit (vide tur experimẽto prẹter modũ coeũtiũ cũ albedine semen rubricans) ac vtrinque intermediat semen. Itaq; cũ succis, ac mẽbris amicitiã videt̃ habere ac inimicitiam si corrumpatur, præcipue spermaticis membris. quippe dicta, seminis materia solis sper maticis videtur dicata mẽbris. Atqui prẹter vires coeuntium spermatica reddunt̃ mẽbra ob alimen ti dep̃ditionẽ imbecilliora quã carni formia. Semẽ ait Galenus.1. zoogoniẹ corporis humani princi pium est materiale. Et libro de spermate ait. Semẽ ex subtiliori materia fit quattuor humorũ. fit ꝑfe cto ex sanguĩe simili quo nutrimur. Ait Galen⁹.2. elemẽtorũ p̃miscet̃ pituitæ, ac vtriq; bili. Propter ea eodem ait libro: quod Hippocrates consydera tionis subtilitate Aristotelẽ, ac omnes peripateti cos superauit dicẽs, quod generatio, augmẽtatio, & nutritio, in nostris fiũt corporib⁹ ex quattuor hu morib⁹, & paulo ante ait. talis sanguis vna est res nequaquam: sicuti lac res non est vna. Et eodem

libro ait. Sanguis ex quo fœtus in vtero nutrit̃: nõ
est purus: sed pmiscet̃ pituitę, ac vtriq; bili. Et quũ
ita sit quod ex quattuor semen fiat succis: ijs omnĩ
bus ijsdem rationib⁹ prędictis corruptũ aduersat̃.
Cęterum primo pituitæ, ꝓpter ei⁹ maiorem cum
spermate symboleitatẽ. Ait Galenus. 1. zoogomę.
Semẽ habet naturã humidã, & aquosam: hinc con
fert Venus pituitosis, prout ait Aristoteles. 5. ꝓble
mate primæ particulæ. Ait Hippocrates. 6 de epi
dimijs. Coitus morborũ qui de pituita ꝓueniũt le
uamen est. Ait. 5. eiusdem libri. Timochari hyeme
destillatiões pręsertim nareis petebant: cui quum
re venerea vsus esset: cuncta desiccata sunt. Ait Ga
lenus in suo passionario (si tamen Galeni sit opus
hęsito.) Cerebrũ prę cunctis nimio siccescit coitu.
Qui humidiore sunt cerebro: ĩ opere venereo sunt
potẽtes. Propterea Satyri qui sunt capite humido
in venerem sunt putres. sunt enim naso resimo, ac
oculis eminẽtibus: qđ est signum (Ait Galenus. 2.
temperamẽtorũ) humidioris cerebri. Item pituitę
quod est luce clarius similat̃: ac ei⁹ colori. Ait Ari
stoteles. 2. de generatione animaliũ capite. 2. prin
cipium versus. Refrigeratũ semen ad aquæ speciẽ
reddit̃: ac colorem accipit aquæ. Nimirum si a fri
gido dissoluat̃: quum a calido coagulet̃. Ait Aristo
teles. 4. meteororum. Tres sunt cõcoctionis species
ὄπτησις optesis ἀπὸ τοῦ ὀπτάω opto asso latine. Alia
ἕψησις epsesis ἀπὸ τοῦ ἑψάω epsao elixo latine. Hæ
ambæ cõcoctiones: a calido fiunt extraneo, verũ
hæc in humido: illa vero in sicco. Tertia dicit̃ πέ-
ψις pepsis ἀπὸ τοῦ πέπτω latine coquo: hęc a calido

fit ꝑprio, hac coctione fit semen in testibus: necnõ alia semina, & lac in mammis. Et sicuti quanto iecur mammis est calidius (Ait Galenus. 5. senten tiarum) sic lac ipso est sanguine a quo fit minus ca lidum. Ita quanto testes ipso iecore sunt minus ca- lidi: sic tanto semẽ ipso est sanguine a quo generat̃ min⁹ calidũ. Ait Galen⁹ libro de Iuuamẽtis anhe litus. Mammæ ac testiculi ex adenum sunt gene- re, itaq; exanguia membra, & algida, prout ait. 5. sentẽtiarum. 9. 4. Et quum lac prout ait. 6. de sim plicibus, inter sanguinem, ac pituitam mediet. sic erit de spermate. Et quum dicta pepsis, quæ verissi ma est concoctio (quippe aliæ duę a calido extra neo fiant) tantum fit pene seminũ, & semẽ de quo agit̃ a testium calore congelet̃, fiatque sicuti lac a mammarum calore, inter pituitã, ac sanguinẽ me diabit, coctęque pituitæ parũ adsimilabitur natu ræ. Atqui si mẽbra seminaria spermaticave, nõ tã- tam referant caliditatẽ veluti carniformia, ob hoc euenit, quod originis a qua decidunt̃ referũt natu ram. Vident̃ seminaria mẽbra tanto membris car niformibus minus calida, quantum albũ oui mi- nus est calidũ quam luteum. Atqui in ouo nutrimẽ ti loco est luteum, ex residuo fit pullus, prout colli- gi potest ab Aristotele. 3. de generatiõe animaliũ. Itaq; corruptum semen ob dictam inimicitiã, aut quoduis a semine corrupto corruptũ, ꝓpensius ad uersabit̃ pituitę dein aliis succis, ꝑ eorũ cũ semine corrupto arcana, ac simica qualitate, copia, ac pas sibilitate. Resistit enim natura quantum potest suc corũ corruptiõi, nedũ corporis partium, pręcipue

sanguinis. Et nimirum quippe (ait Galenus. 1. sanitatis tuendæ.) Sanguis est vnum ex nostræ generationis primordijs, itaque de sanguine magis solicita natura, dein pituitæ. Ait Galen⁹ in passionario capite de febribus. Pituita post sanguinẽ est naturæ magis amica postea bilis. Postremo melancholiæ natura resistit putrefactioni. Ait Galen⁹. 5. de vtilitate particularũ. Paucissimũ est excrementum melancholicum, amplius biliosum, adhuc magis pituitosum. hinc etiam ob copiã, ac naturę minorem sanguinis scilicet respectu prouidentiã facili⁹ corrumpit̃ pituita. Hac tẽpestate citra cõtagiũ corrumpitur nemo. Verum morbus initialem semper redolet causam. hinc semen vbi dictũ est corruptũ propria, ac initialis est hui⁹ venerei morbi causa, q̄d sua praua qualitate, arcanaq; i imicitia, primo seminaria inuadit mẽbra pręcipue quibus occurrit mẽbris, nocumẽtũ cerebro cõmunicantib⁹, veluti horum principio. Quum mẽbra ex quattuor fiant succis sicuti semen quoque fit proinde si corrũpiatur non potest ijs non aduersari mẽbris, & magis ijs quibus maior est inimicitia, quæ tanto maior est quanto ante seminis corruptionẽ maior fuerat amicitia. Et quum maior sit amicitia inter semen, ac membra seminaria, ac pituitosa, si corrũpiatur semen tanto maior inimicitia. Hinc si matricis ceruix, aut lędat̃ mentula, nõ potest talis lęsionis cerebrũ veluti horũ membrorũ principium nõ tolerare pœnas. Ait Hippocrates libro de glandulis. Si quis minimã corporis partẽ aliquo adficiat malo, totum corpus sentiet quantulacunq; sit

pats, quāprimum ad suam cognationē gentilitatemve deferet, bonū malumve fuerit, ppterea corpus præ cognatione cuiusq; etiam minimi, & dolitat, & lætat. Ait Galen⁹. 6. Therapeutices. Nerui offensa impartit cerebro. Omnia mēbra ait 1. de vtilitate particularum sunt compatibilia. Quippe (ait de iuuamēto anhelitus) Neruus habet venulas, itaq; facilius mēbris carneis a mēbris nerueis nocumentū impartit. Et. 6. Therapeutices. Nerui omnes alij ex ipso plane cerebro ortū habent, alij spinali interueniente medulla. Et. 2. myamir toti corpori compatit cerebrum, cæterū potius nerueis membris. hinc cerebrum post pudēda mēbra, aut alia mēbra contagio correpta patit. Si vero lædat cerebrum non tanq̄ instrumētū, sed similares eius partes læduntur. Ait. 3. interiorum Galen⁹. Vb crassi humores qui in cerebri substātia abundant, interdum ei vt instrumentali, vt similari interdū ei nocent, quum enim meatus obstruunt, vt instrumentali. quum vero solū temperamētum immutat, vt similari. Itaq; cerebri functiones non hoc proprie lędunt morbo, puta imaginatio, æstimatio, ac recordatio. Ait Galenus libro de substantia virtutū naturalium. Cerebrū nō est sensile organū, verum sensuum principium. Nonnullis videt medicis nimia huius morbi tristitia, solicitatione, literarioque ocio, non parū debilitari cerebri supernæ virtutes. Verū longe magis ab infernis facultatibus cerebro perperam famulantibus proprie solet accidere, quippe tales supernæ virtutes cū corpore quam famulantes infernæ minus vident habere

commercium. Quandoquidẽ immediata opificia, quibus vtitur imaginatio rerũ videntur esse species, in spiritibus earum vehiculis cerebri phorulis versantibus. hinc si non fiat talium cellularũ obturatio, aut spirituum obnubilatio, rerumqꝫ specierum penuria, ob vẽtriculi, iocinoris, cordis, aliorumqꝫ membrorũ deprauationẽ crapulam, satietatẽ, exercitiumqꝫ sup repletionẽ, non puertitur imaginatio. Atqui senibus quibus mẽbra sunt depauperata calore, debilia, ac excremẽtosa, bona videtur imaginatio, melior æstimatio Et quãto superioris facultatis functio, tanto minus corporeis eget opificijs. hinc tanto minus supernarum actionibus virtutum lęditur cerebrum. Humido vero radicali ab externo internoque caloribus depasto: ceu caloris naturalis fomite, imbecillior fit cibi cõcoctio. hinc senescere talis cõcoctrix videtur facultas. Nihilominus si senex iuuenis oculo (Ait Aristoteles) vteretur, videret vt iuuenis. Anim⁹ est qui decernit, quũ tales virtutes animę sint potẽtię senescere nequeũt Sicuti quotiescunqꝫ homini sunt facultates bonaqꝫ temporalia, de illis errogare potest, ac p arbitrio vti, si autẽ desint, minime. Haud aliter si rerũ desint species, nulla fiet imaginatio, si spma desit (& si coeũdi desyderiũ vt nõnullis senibus pręter vires accidere solet) nulla tamen fiet venus.

¶ De venere, eius causis, ac effectibus.



I prudentiæ nuncius sit cerebrum, prout ait libro de sacro morbo diuus Hippocrates, impudentiæ quoqꝫ nuncius erit. Ait eodem libro paulo ante. Sciant ho-

mines solo cerebro nobis voluptates, gaudia, risus, ac ludos fieri, itidem dolores, molestias, curas, luctusq;, eo maxime sapimus cerebro cogitamus honesta, ac turpia dignoscimus. Hinc censendum cerebri virtutes vna cum seminis redūdātia veneris esse causas. Et (prout aiunt) p imaginationis discrimine fœtus variaẗ, nedum venus proritatur. Hinc diciẗ de Sorano medico Cyprio deformibus consulente, circa eorū lectos hominum eleganteis fieri picturas, ac in opere venereo circa eas oculos, ac imaginationē diuersatū iri, vt soboles in lucem formosior, elegantiorq; pdiret. Et Aristoteles. 10. problemate. 10. particulæ ait. Quia homo in coitu vario, ac vago est animo, sibi veluti brutis haud adsimilaẗ genitura. Et Petrus de ebeno in cōmento citat Alexādrū quęrentem ppter quid est quod fatui prudentes, prudentes vero fatuos generant. Hinc imaginatio videẗ mēbris imperare, ac causa saltē mediata veneris esse. Ait Hippocrates lib. de seminis genitalis natura. Quiq; veneris somnia patiunẗ, ppterea p somnum semen emittunt, imperat profecto virtuti secretoriæ virtus imaginatrix. Haud profecto parum mouet ad venerem imaginatio scorti, aut cuiusuis hominis formosioris spectaculum, ætas florens, lasciua ornamenta, fucati colores, genæ purpuratę, rhosea mollibus morsiūculis labecula, īpliciti capilli haud mediocri arte alioq cepio collocati, nō parū vtrinq; extātes, sub tuberātes mammę, mānillari faberrime torto, ac transparenti cōuelatæ, suauia, cęteriq; tactus, & prout dicūt. visus, colloquiū, tactus, post oscula fa=

ctũ. Itẽ suauiloquiũ, rhitmicę literulę, venerea verba, conuiuia, lusus, donaria aurea, lapilli ve p̃ciosi nedum purpurei flores, lenocinia, aliaque venerei lusus vsitatissima instrumenta. Nõ parum adiuuat corporis aptitudo, siue inclinatio, locus. Hinc ait Auicenna capite. 4. nouissimi libri methaphysices Iustum est vt mulier custodiat̃. est em̃ parui sensus, & deceptibilis, maximeq; voluptatis, ex cuius cõmunione ꝓuenit ignominia, & verecundia maxima. Ait Hippocrates epistola ad Dionisium. Fœmina suapte nãq; natura nequitias insitas habet, quæ nisi indies quis comprimat tãquam arbores stolones emittũt, pullulatq; materiatio. Item cibi immoderate sumpti venerem suscitant, præsertim quorum facultas veneris est proritandæ, prout eruca, pisa, ac omnia pene legumina. Hinc franciscani, aliiq; cęnobitę, intolerabile carnis experiũtur certamen. Alii quorum redditus sunt pingues succorũ vexant̃ redundantia. Ait Galenus. 5. de simplici medicina. Sperma multiplicant, lentes, fabę, cępe, grana pini, & eodem libro ait. Flatuosa calida spermatis sũt generatoria veneri p̃cipue aptis. Agens agit in passum dispositum. Ait Galenus. 6. de interioribus. Sunt enim nonnulli quos ꝓtinus a iuuentute concubitus imbecilliores efficit. Alii vero nisi assidue coeant, capitis grauitate molestã tur, cibos fastidiũt, ac febribus obnoxii fiunt, & 3. paruæ artis. Ait Galenus. Atqui rei venereę vsus apud Epicurũ nullus salutaris habetur, sed re vera sanus est ex tanto temporis interuallo vt corpꝰ in vsu, neq; sentiat exolutionem, ac leuius spiran-

tiusque reddatur. Veneris tẽpus est quum neq; nimium repletum, neq; ieiunum fuerit corpus. pręstat tamen repletum, calefactũ, ac humectatũ, quã ecõtrario. Etiam ait Galenus. 6. de interioribus. Gonorrhea instrumẽtorũ seminis adfectus est. ob supinum decubitum calefiunt lumbi, ac extẽditur coles. hinc talis decubitus venerem nõ potest non mouere, necnon imaginationem, hoc in casu venere non parua pręter vires fit spirituum resolutio. Ait Galenus. 3. sanitatis tuendæ. Venus laxius, frigidius, imbecillius, ac siccius reddit corpus si non a seminis redundantia fiat. Profecto sicuti omnis cibus, ac potus, qui præter famem, ac sitim adpetentiam mouet, vitandus est (Atqui non ob indigẽtiam, cęterũ quia obiectum mouet sensum) sic omnis venus. quæ non ob seminis redundantiã, cęterum ob obiectum fit, nõ meret̃ dici naturalis. Ait Auicenna libro de animalibus. Si quid spermatis supra quã natura toleret coitu profluat, obesse magis quam si quadragies tantũdem sanguinis emanaret. Nec solis viris semẽ inest genitale. Ait Hippocrates lib. de genitalis seminis natura. Ipsa fœmina de corpore semẽ emittit. Ait Aristoteles primo de generatione animalium capite 17. Seminis secessio in ancipiti versat̃. Omnis excremẽti vacuatio bona, colliquamẽti vero mala. vtrinq; mediat seminis secretio. si pręter vires, nocet, si seminis copia, tantum abest vt noceat, vt multum iuuet, & paulo ante ait. Nec in prima ætate, nec in senectute, nec in morbis semen est, carent ægri ꝓpter imbecillitatem. senex quia non satis concoquit. Pue-

ri propter incrementum. Ait etiam Aristoteles. 7. Politicorum. Seniorum enim fœtus queadmodũ iuniorum imperfecti sunt, & corporibus, & intellectibus. Senescentium fœtus (cum quasi præter naturam coeant) sunt inrobusti. Ait Galenus. 2. sanitatis tuendæ. Estq; ꝓprie ætate venus tantum florentium. Et. 6. eiusdem libri ait. Innoxia tantum venus est, iis qui calidi, ac humidi sunt. siccis temperamentis est inimicissima. Sed ad scopum. Imaginatio profecto non parua est veneris occasio. Atqui non paucæ mulieres ob vehementem amorem ac fortem imaginationem, id quoq; nonulli viri melancholiam incurrerunt. Fortis enim imaginatio facit ad casum, & veluti superior facultas virtutibus imperat infernis, cuius imperio ad loca deputata, a cerebro, & maxime a capitis anteriori parte (quæ est humidior) ruit seminis materia', prout ait Hippocrates libro de seminis genitalis natura. Atqui testibus (ait Galenus 1. zoogonię) elaboratum generatur semen. Labitur (prout ait Hippocrates libro de aere, & aqua) ab omnibus membris. Ait quoq; libro. 4. de morbis. Semen genitale ab omnib⁹ viri mulierisq; membris ad hominis veniens generationem, & in mulieris locellos decidens cogitur. Propterea ait libro de sacro morbo. quid prohibet fœtum eodẽ morbo generari, quo patientes laborarunt. Quoniam corporis partes omnes, ad genituram conferũt. Sani de sanis gignuntur, morbosi de morbosis. hinc talis venereus morbus a parentibus contrahi potest.

¶ Quod menses non sint huius morbi causa.



Ec menses quantulacunq; putridi sint, ac fœtidi, huius venerei morbi ꝓpria videnť esse causa. Quippe tali morbo potius seminaria ob dictam arcanam inimicitiã corripiũtur membra quam carniformia. Et quasi ꝑ cõsensum carniformia, seminaria vero primario videnť isto venereo corripi morbo. Item videnť non paucæ mulieres virulentis, ac corrosiuis laborare mensibus. (Mensibus ait Galenus. 6. de morbo, totum expurgatur corpus) Nec ꝓpterea citra venerem, aut hui⁹ morbi cõtagium: tali venereo corripiunť morbo, & si deteriori ob mensium solam suppressionẽ, aut eorum pestilentẽ qualitatẽ morbo puta carcinomate possint laborare. Ait Galen⁹. 6. de interiorib⁹. Viciato semini maior quam mẽstruis ad noxam vniuerso corpori inferendam maior est facultas. Nec luculentior videť causa quam venus qua corrumpitur semẽ. de primaria semꝑ loquor causa. Propterea quum huius morbi venerei causa, semen sit corruptum, dictaq; pestilenti qualitate adfectum, prima ac originalis causa seminis ratiõe caliditati videtur adtestari. At quia ob similitudinem a dicto semine corrupto neruosa prius corripiunť mẽbra. Necnon ex succis imprimis corrumpiť pituita frigidus videť esse morbus. temporis successu ob partis subtilioris difflationem siccus. nihilominus ꝑ succorum, ac membrorum corruptione, morbique diuturnitate, calidus, frigidus, humidus, aut sic-

cus, in respectu dici potest.

¶ De naturis causarum.

NEc absurdū erit differere de cerebri natura, eius prælatura, eius anatomice, necnon de nonnullis alijs mēbris. Ait diuus Hippocrates libro de prisca medicina. Mihi necessarium videt, vt qui se medicum profiteatur quidq; boni se facturū putet, hominis naturam rerumq; omnium optime sciat. Atqui cerebrum materialis saltem mediata huius venerei morbi videt esse causa. Itidem mediata efficiens, ac imperans: causa videt esse virtus imaginatrix, cuius cerebrum est domicilium. prout ait Galenus libro de substātia virtutū naturalium. Cerebrum seminarium siue spermaticum est membrum. Ait Galen⁹.1.zoogoniæ. Mēbrū a quo ꝓcedūt nerui ab ipso solo spermate generationem habet, atqui præ se fert seminis naturam. Et.3. interiorum ait. Nerui omnes, a cerebro primarium sumūt initiū, fiuntq; ex cōcreta, refrigerata, humidioreq; materia, non venarum more a iecore, arteriarūq; a corde (aiunt) prodeuntium. Certum est, quod venæ non fiunt a simili iocinoris materia, quoniam iocinoris substantia sit sanguini ꝓpinqua. Nec quoq; arteriæ a corde. Arteriæ ac venæ membraneæ sūt partes. hæc vna fit mēbrana, illa duabus. Ait Galenus.6. de vtilitate particularum. Arteria est sexies vena crassior, atque eius interior tunica dura, crassa: externa mollis, ac tenuis. Ait Galenus.3. de virtutibus naturalibus. Interior arteriæ tunica longis ac obliqs, exterior latis texit fibris. Propterea

omnes fiunt a ſpermate. Et ſi primo fiant lineamẽ ta coniectandum eſt quod iocinore ac corde ſunt priores. Nerui vero a ſimili cerebri materia fiunt. hinc non repugnat cerebrum præ omnibus mem= bris creari, ac totius humani corporis ſummũ eſſe principem. Huic ſententiæ omnium maxime ſuf= fragatur Plato in thimeo dicens. Eſt autem caput diuiniſſimum membrum. reliquorum membrorũ princeps, cui totum corpus connexum dij ſubeſſe, ac parere iuſſerunt. Propterea ad obſequium cere= bro mancipata ſunt alia membra ceu ſeruitia do= minis ἄνθρωπος εἴρειται ἀπὸ τοῦ ἀνάθρεων καὶ ὄπω ὅτι ἃ ὄπωπε θεορεῖται ὅπως οὐκ ἄλογοι ποιοῦσι. & quod ita ſit. Ait Galen⁹. 7. ſententiarum commẽtario. 1. 4. Cerebrum eſt rationis domiciliũ, in quo poſita eſt poteſtas animæ ſumma, & principalis. Ait Hip= pocrates libro de carnibus. Cerebrũ arx eſt, ſedes, & metropolis, & ſi theologis placet, vir caput eſt mulieris, huius obedientiæ, ac illius principatus gratia. Ait Syneſius græcus epiſcopus, in ſuo phalacras encomio. Templum dei caput eſt, & ſi dicatur quod cor ſit dei templum accipitur cor pro mente ſiue anima. Ait Galenus. 3 interiorum. Philoſophis qui principes animæ facultates cor= di tribuunt propterea quod ocio citra rerum expe rientiam vitam agunt, venia danda eſt. Medicis vero qui rerum experientiam habent, tantũ abeſt vt ignoſcamus, vt etiã ignominia dignos eſſe cen= ſeamus. Itaque qui cor omnium membrorũ agere principem dicunt, in medio itinere obcęcati, ne= quaquam vltra progreſſi ſunt, ſed reuertamur vn=

de digreſſi ſumus Ait Galenus. 8. de vtilitate par-
ticularum, ſola anterior pars cerebrũ vocat̃, eſtque
cerebrum dydimũ. Ait Hippocrates libro de ſacro
morbo. Hominis cerebrũ bipartitum eſt, ꝓpterea
non ſemp̃ eadẽ capitis pars dolitat. Ait Galenus
libro de Iuuamento pulſuum. Cerebri phoruli ſpi-
ritibus animalibus ſunt repleti. Ait. 9. de Iuuamẽ-
tis Galenus. Anteriores reſpirationẽ patiunt̃ quod
luculẽtiſſime pueris adparet. &. 9. de vtilitate par-
ticularum: ait Galenus. Anteriores duo cerebri vẽ-
triculi inſpirationem, & reſpirationem patiunt̃. &
9. eiuſdem libri diaſtolatur, & ſyſtolat̃ cerebrũ: &
libro de vtilitate reſpiratiõis ait, in cerebro fit re-
ſpiratio p̃ nares ſicuti ĩ corde p̃ pulmones. Ait Hip
pocrates libro de ſacro morbo. Quum enim quis
ad ſeſe ſpiritum trahit, primo cerebrũ petit. nam ſi
corpus prius quam cerebrũ peteret, dignotionẽ in
carnibus veniſq; relinqueret, quare cerebrum pru-
dentię nuncium & authorem eſſe dicit. Ait Galen9
7. Iuuamentorum. In cerebri parte poſteriori ma-
gis de ſpiritu contineт̃, & a poſteriori cerebri par-
te intellectus, ac ſapientia magis ꝓcedit. In cere-
bri prora cum ſpiritib9 claris imaginatio ſpaciat̃.
Et quanto ſpiritus ſunt clariores, tanto melior fit
imaginatio. vti quãto aer eſt clarior, tanto lõgior,
ac melior fit viſio. Ait Galenus libro de ſubſtãtia
virtutum naturalium. Ex elaborato ampli9 vitali
ſpũ animalis fit ſpũs, & libro de ſpermate ait Gale
nus. Clarior pars ſpũs cerebrũ aſcẽdit, & ibi ſecun
dario clareſcit, cuius ſubtilitate ꝓpẽſior eſt corpo-
ris cum anima connexus. Ait Auicenna lib. de vi-

ribus cordis. spiritus pparant ad virium animę re-
ceptionē, & maxime animales cerebro versantes.
hinc imprimis, ac magis cerebro nostra versat̃ ani
ma. Ex puriori em̄ sanguinis parte fiunt spūs. Ait
Galenus lib. de vtilitate particularū. 9. Spirit⁹ est
sanguinis benigni exhalatio. Ait Galenus. 4. de
vtilitate particul'. Sanguis ignis diuini refert colo
rem. Ait Aristoteles. 2. de partibus animaliū capi-
te. 5. & citat̃ a Galeno lib. de virtutib⁹ animalib⁹.
Sanguis crassior calidiorque corpori robur addit,
subtilior vero, ac frigidior, animæ dat intellectū:
necnon prudētiā. Huic adstipulat̃ sentētiæ diuus
Hippocrates in. 1. lib. morborum dicens. Sanguis
qui in homine est plurimā prudentiæ partem con
fert, quidam totam dicunt. Ait Hippocrates lib. de
flatibus. Puto quidam eorū qui in corpore sunt ni
hil magis ad prudentiam facere, ac conferre quam
sanguinem. Et non nisi quoniam ex sanguinis sub
tiliori parte fiunt spūs, qui quāto sunt splendidio-
res, tanto sunt superioribus virtutibus conuenien-
tiores. Imaginatio ijs quæ ex putrefactione gene-
rātur, minus habitare videt̃: ppterea nec venereis
vtunt̃. Et quod imaginatio, ac cerebrum a quibus
emanat venus, & cui talis succedit morb⁹, de nobi
lioribus sint totius corporis partibus sequenti pate
bit pcessu. Natura enim ab impfectis ad pfectiora
pcedere videt̃. Ait Galenus. 4. de vtilitate pticul'.
A plantis recedens natura, aliud alio animal pfe
ctius quoad hominē agat operat̃. Et. 2. zoogonię
ait Galenus. Quosdam habet natura gradus pfe-
ctorum, & impfectorū generatiōis. Inter herbas,

ac arbores, frutices mediāt. Simiai, ac cercopitheci & rationalium, & irrationalium naturam referre vident. Psitacus quam cęteræ aues, ratione magis videt participare. Et quasi quoduis animal tantū videt habere rationis, quantum eius opificia sunt susceptibilia. Ait Galenus libro exhortatorio ad artium liberalium studia. Quāquā cęteris animantibus non deest ratio, tamen solus homo vocat rationalis, quod omnibus antecellat, ac vnūquodqȝ animal summi opificis videt aliquid referre. Verū homo omnium excellētissime, ac hominis omniū particularum maxime cerebrū. Infans naturaleis pri⁹ exercet vires, dein animales, nouissime intellectuales. Propterea ait Aristoteles. 2. physicæ auscultationis. Infantes non sunt fortunati, quia citra ꝓpositum agunt. Et. 7. Politicorū ait. Pars irrationalis rationalem antecedit partem. Pueris enim statim ira, & concupiscentia existit: at ratio, & mens, ꝓcedēte ætate. Et adulti ob rationē pueris sunt ꝑfectiores, ac rationis domicilium est ipsum cerebrum: nimirum ergo si fuerit omniū membrorum princeps. Dubitauit Plato an genus muliebre, iter bruta: an rationalia reponeret animalia: ꝓpterea quod haud rarenter brutaleis sequunt passiōes. Estque mulier mas occasionatus. Ait Galenus. 2. zoogonię. Fit fœmina quando natura nō est potens extra plasmare membra generationi dicata. Ait lib. de anatomice viuorum. Viri genitalia a mulieris genitalibus more sigilli ad sigillatū quoque discriminant. Ait Galenus. 9. de vtilitate particularum. Aperit matrix in coitu vel ꝑgnans:

hinc fœtus a tali morbo correptis coeuntibus pro-
pensius corripi, ꝫ sed ad scopum. In membris quo-
rum operatio toti cõmunicaꝫ corpori talis est p-
fectionis ordo. Ventriculus infimo talium mẽbro-
rum poniꝫ loco. Estque ait Galenus. 4. de morbis
toti corpori veluti terra plantis. Per venas vero
mesenteriacas trahiꝫ alimentum, sicuti p radices
superius vehiꝫ partib⁹. Ait Galenus. 5. interiorum
nouissimo capite. Iecur mesarei venis veluti mani
bus, quæ ex ventriculo ei cibum adferant vtitur.
Ait Hippocrates lib. de fœtus natura. Quo pacto
terra habet: sic & terra nascunꝫ. hinc quo pacto vẽ-
triculus se habet: sic & totum corpus. Et lib. de suc-
cis ait Hippocrates, quemadmodũ est terra arbo-
ribus: sic venter animalibus. &. 4. lib. de morbis.
Quum quis comedit, bibitve, corporis humidita-
tem de ventriculo ad se trahit, quemadmodum de
terra arbores similem trahunt humiditatem. Et
sicut radicibus (ait Galenus. 2. alimentorum) plu
res insunt succi illaborati, vlteriorem superioribus
partibus expectantes concoctionẽ, sic quoqꝫ dictis
mesenteriacis accidit venis: quamobrem si ob talẽ
rationem reuersa dicaꝫ arbor homo, asymbola est
parabola. Nihilominus eam ob rem mediant bru
ta inter plantas hominesqꝫ: quod illarum radices
terrã versus: eorum vero caput sursum agunt. Bru-
ta partim sursum, partim deorsum. Iecur vt fiat fa-
cilior succorum generatio: eorum naturã, ac simi-
litudinem magis refert: inde fit eorum nocumenti
magis susceptibile. Et vt facilius a vẽtriculo attra-
hat, illi fit ꝓpinquius: eum ad concoctionẽ iuuan-

dam amplexãs: ac ꝑ parte dextra eum superequi=tans. Et sicuti ventriculus iecori p̄parat agenda: id quoqꝫ iecur cordi. Ait Galenus. 7. Iuuamentorum Venæ p̄parant arterijs: cor vero cerebro. Cor caloris ob assiduum motum fabricator. (Est vtiqꝫ motus localis calefaciens) altiori ponit̃ loco: quia calidum, siccum, & densum: oportunum videt̃ calorificum esse opificium: ac maxime sui motus ratiõe. Et vti solis ascendentis calore vegetãt plantę: cordis quoqꝫ calore fiunt operationes. Ait Galen⁹. 6. de morbis. Frigiditas nulli functioni est idonea, eam ob rem vitalis virtutis dicit̃ origo. Cor ꝑfecto iocinori, ac cerebro, calorem mittit, ac spiritus demandat: necnon sanguinem arterialem quo necessitatis tempore illic fiunt sp̃us. Sicuti ex pituita fit sanguis (prout aiunt nostri authores) nec opus est ad iecur remigret, vt inde fiat sanguis: sic vt spirit⁹ fiat: haud necessum est, vt postliminio remeet. Venis vtiqꝫ, ac sanguini, aliqualis a iecore videt̃ esse virtus sanguificа. Cor a iocinore nutrimẽtum suscipit, a cerebro motum videt̃ suscipere. Quãdoquidem cor membrũ sit carniforme, componiturqꝫ ex carne dura. Ait Galenus. 6. de vtilitate particularum. Cordis caro dura est, & caro similaris est insensilisque corporis particula Haud carnis ratione cor sentit atqꝫ mouet. Sicuti iecur, ac lien, insensilia sunt membra, exceptis neruis, arterijs, venis, ac membranis, in eis existentibus: prout ait Galenus lib. de Iuuamentis anhelitus, haud aliter de corde censendum. Et quoniam talis cordis caro varijs consistit fibris, in corde sunt arteriæ, ac venę,

mēbranaq; cingit̃ sentire videt̃, atq; mouere. Atqui panniculorum textura (ait Galenus lib. de anatomia viuorum) ex neruorum fibris consistit. & lib. de iuuamento anhelitꝰ ait. Mēbrana mediam habet naturam inter venam & neruum. Ait Galenus 7. Iuuamentorum, Nerui subtiles ad cor cingentē membranam veniunt, & quum membranarū atq; neruorum, cerebrum videat̃ origo: necnō ab eadē materia seminaria fiant membra: consentaneū videtur rationi cordis motum a cerebro, quā a quouis alio membro potius ꝓuenire. Nec animalis dicitur motus, nec quoq; iocinoris motus, tum quia tales motus voluntatis imperio saltem speciali minime fiant: tum quoniam citra musculos fiunt, & & quasi ꝑ quandam consequentiā cum respirationis motu fiūt, pręcipue iecur. quod (ait Galenꝰ. 4. de vtilitate particularum assidue mouet̃ quia præcordiis ꝓximum. Cordis motus arteriarūq; (& si in flegmone dolorose pulsent arteriæ, ac ob cōsuetudinem eorum motus in sanitate haud sentiri videatur) nihilominus naturales dicunt̃ motus: potius alter vitalis merito dici deberet respiratio inter talem naturalem animalemq; motus mediare videt̃. Atqui solum ꝓ tempore respirationē abscindere valemus, vitalem vero motum nequaq̄ volūtarium certo possumus. Ait Galenus lib. de motibus liquidis. Anhelatio est animalis actio, & de iuuamēto pulsus ait Galenus. Respiratio consistit in virtute animali. Propterea quod talis respiratio voluntatis imperio alioqui speciali succumbit, animalis dicit̃ motus: nō tamen eū nisi animad-

uertimus ob consuetudinem sentimus. Cerebrum quinq; sensuum principium, ac internarum supernarumve virtutū domiciliū, haud immerito tanq̄ omnium membrorum princeps altissimo ponitur loco. Ait Galenus. 2. temperamentorum. Ignis elemētorum princeps altiori ponit̃ loco. In sensuum opificijs talis quoq; fit ascēsus. Tactus aliquid terrestre videt̃ magis referre, gustus aqueum, vaporosum olfactus, aereum auditus, visus vero æthereū. Ait Galenus. 2. lib. de oculis capite. 5. Spūs visibilis ad oculos substantialiter, ac copiose puenit: ad aliorum vero sensuum opificia irradiando solum. Propterea eodem ait lib. capite. 3. Nerui ocularij preter alios neruos sensiliter sunt caui, & sicuti solis splendor (ait) aerem irradiat: ita spūs visorius suo splendore ad rem visam vsq; irradiando coruscat, ac vibrat. hinc visus fit extra mittendo, alij vero sensus intus suscipiēdo. Ait Apollonius αἱ ἄλλαι αἰσθήσεις κατὰ εἰσπέμπειν γινόμεναι τουτέστιν ἐκ τῶν ἐκτὸς εἰς ἑαυτὰς λαμβάνουσαι ἐνεργοῦσιν ἡ δὲ ὅρασις κατὰ ἐκπέμπειν τουτέστιν ἀφ᾽ ἑαυτῆς εἰς τὰ ὁρώμενα τὴν ἐνέργειαν πέμπει καὶ τὰ ἑξῆς. Si talis fiat in perfectione ascēsus, & spūs visiles aliorum sint sensuū spiritibus clariores: ęstimandum est quod spūs interioribus, altioribusq; famulantes virtutibus, sunt adhuc splendidiores: ac rerū cœlestium magis naturam referentes. Itidem in obiectorū sensuū speciebus talis fit ascensus. Visus etenim obiecti species cęteris sensuum obiectorum speciebus corporis naturam sunt minus referentes. Atqui tales species, & si partes habeant: partem tamē extra par-

tem minus habent, eademq́ʒ species diuersis po=
test esse locis. Si ex ijs speciebus aliæ species eliciā=
tur animę cœlestiumq́ʒ corporũ naturam referre vi
dentur, ac ꝑ obiecto solã habent animã. hinc ta=
les noticiæ cum anima videnẗ æternæ. Cęterę ve=
ro cũ corpore difflanẗ. Nec ampli fiunt cerebri fo=
ruli, ob talium specierum copiam: quoniã non oc=
cupant, cęterum ob spirituum indigētiam, sed ad
scopum. Hinc si tangamus, gustemusq́ʒ, præsentia
(videẗ gustus aiunt quidam tactus) odoremus ꝓ=
pinquiora, audiam⁹ remota, remotiora videam⁹,
remotissima itaque imaginabimur, sic ab angelis
nostra parum abest natura. Hæc omnia sensim cę=
lestem scandunt naturam. Infernę ꝑfecto vitales
maxime naturales corpori immersę nequeũt ascē
dere. Interiores, ac supernę, extra corpus versari vi
dentur. Et quum cerebrũ prout dictũ est talium sit
virtutum domicilium, ac talium coruscantium spi
rituũ archa: nimirũ si oĩ; corpis partiũ cerebrũ sit
princeps. Et quum imaginatio cerebro versetur,
& sit veneris causa, & a cerebro pro maiori parte
veneris materia decidatur: nimirum si talis vene=
rei morbi pœnas lugeat cerebrũ, cui tali venereo
fatigato morbo mederi, eius natura incognita,
haud dogmatici interest medici.

¶ De venerei morbi notis, ac obiter de quo=
rũdam membrorum succorumq́ʒ naturis.



Ellem vtiq́ʒ huius morbi venerei cura=
tio æque nobis pateret, atq́ʒ suis luculē
tis patulicat notis. Nulli dubium quin
primariam a venere contraxerit origi=

ginem. Abhinc venereo contagio affatim egermi=
nauit. Puerulis, ac quibusdam (& si raretēr) adul=
tioribus pudico citraque venerem contactu potest
emergi. Ac nōnullis deuotissimæ religionis in vi=
sendis desolatis, ac indigētib9, p humana (quod
pie credendum est) accidit charitate. Si venereo
contactu (quod haud alio nunc temporis pene fit
modo) indubie venereis imprimis prumpit mē=
bris, mētulæ, ac matricis ceruici. sunt etenim mē=
bra seminaria, & si cartilaginosa (Ait Galen9 lib.
de Iuuamētis anhelitus) Collum matricis vti mē=
tula cartilaginem habet: nihilomin9 quia rara iis
propensius impinguntur succi, & quia membra p
quæ secernunt excrementa facilius lędunt a succis
viciatis illic decumbentibus. Ait Galenus. 5. The=
rapeutices. Sedes, pudendaq; citius putrefiunt ob
eorum humores: atqui excrementorum sunt cana=
les. Propterea virulenta, saniosave iis fiunt mem=
bris vlcera. Sin aliter fiat morbus, vti sine venere
talia fiunt mēbris contagio læsis vlcera: veluti la=
ctentium ori ob corruptas venereo morbo lactan
teis mulieres accidit. Talia sequunt membris vlce
ra, pustulæ, capiti videlicet. Cæterum quia mem=
brum princeps, de eo natura est multum solicita:
succos pręcipue pituitam aliis mistam succis fron=
ti, ceruici, tēporibus, humeris: necnon multis aliis
membris demandat: quibus tales succedunt pustu
læ, granatorius dolor dictis membris prorumpit,
necnon neruis, ac musculis. Itaq; non possunt non
corripi sensus videlicet, & motus operatiōes. Et si
vlterius progrediat morbus, ob defluuium a ca=

pite viciatorũ a morbo ſuccorum, non poſſunt vi- cuſculis nõ corripi, trachys arteria, aut gurgulio, aut oeſophagus, palatum, aut phauces. Et ſi vlte- rius adhuc proteletur. naſus lędet, demum alijs lo cis ſuam oſtentat maliciam. Nec citra vehemẽtio- res dolores. Quanto ꝓfecto morbus magis abeſt a principio, tanto minus talem videt̃ referre mor- bum. Propterea quod morbi primæ cauſæ in par- ua copia exiſtentis pars ſubtilior reſoluit̃, ac alijs quatuor miſcet̃ ſuccis. Si talia aut venere, aut con- tagio, imprimis contracta vlcera curent̃, ac ſucco- rum iam corruptorum abſcindat̃ exitus: ꝓpenſius tales dictæ prorũpunt puſtulæ. quod ſolis hui⁹ ve- nerei morbi cõtingit vlceribus. Succi autẽ vna cũ primis viciatis humorib⁹ a mala qualitate in ope re venereo contracta miſcent̃, vna confunduntur, pręſertim pituita, cuius color (vti aquæ ſplendor coloribus inficit̃) quoque alijs deprauatur ſuccis. Itaque tales puſtulæ pituitã non penitus referunt. Pro membrorum natura, eorum nutrimento con- tinẽtium contentis, ſuccorum qualitate, ac eorum redundantia, temperie, victus ratione, cœli ſtatu, ac ætate, in lucem ꝓdeunt. Pro exercitio, calore, ſuccorum copia, ac eorũ & corporis ſubtilitate ꝑ- perant. Si tales fiant cum bilis miſtione: ſunt ali- quantulum faſtigiatę, circumpherentiales, ocyus erumpẽtes (Ait Galenus. 2. de criſi. Bilis augmen tum ſtatim inuehit) ac ruficantes. Si cum ſangui- nis miſtione in mucronem ſunt minus turbinatæ, rubicantes: non tamen multum humiles. Quia a pituita ꝑ maiori parte ſaltem principium verſus

fiunt : sunt albicantes suppressiores, ac molliores (succus occurrit raréter simplex.) Si cū succi atrabilarij mistione (quod maxime temporis successu contingit) omnium sunt siccissimæ, fuscę, ac ꝓfundiores, cum fuscedine tamen fulgentes. Ait Galenus. 6. de morbis. Atra bilis ipso est sanguine splendidior. Et. 4. sententiarum. Atra bilis fulgentem habet nigrorem, &. 6. de morbis. Ex sanguine immoderate assato atra fit bilis: vnde & lucidū obtinet splendorem, & feruet veluti quidam cinis. Est non paruum discrimen inter atram bilem, ac succum atrabilarium. prout ait Galenus. 6. sententiarum commentario. 53. &. 4. sententiarum commentario. 22. &. 77. &. 3. interiorū capite. 5. Fiunt tēporis successu capiti, fronti, ac faciei, magni tumores albicantes, acuti doloris expertes, humiditatum cerebri, frōtis, pręcipue pituitosarum adtestantes naturæ. Purā humiditatem (ait Galenus. 1. myamir) dolor sequit̃ nullus. Et. 14. Therapeutices ait Galenus. Exquisitum oedema indolens est moles. At quia pituitę alius miscet̃ succus, nō sunt penitus doloris expertes. Si a puro ꝓdirent sanguine tales tumores: eos dolor, calor, rubor, tensio, ac pulsatio: ꝓ eorum loco, ac magnitudine comitarentur. prout colligi potest. 13. ac. 14. Therapeutices: vbi agit de tumorū notis. Et si a sanguine fiāt tales tumores tpis curriculo: sanguinis subtilior pars pinguiorque in croceam bilem: crassior autē in atram conuertit̃ bilem. prout ait Galenus. 2. de febrium differentijs: vbi obiter agit de costarum flegmone. Propterea hoc in morbo rubricare non

possunt penit⁹ tumores. Item refrigeratus sanguis nigricat, tantum abest vt splendorem vllũ adquirat: vt etiam eum quem a principio habuit pdat: prout ait Galenus.6. de morbis, fitque (ait Galenus.1.zoogonię) extra vasa trumbus. Ait Hippocrates.6. sentẽtiarum. Si in ventrem sanguis prę⸗ter naturã effundit, necesse est suppurari. Nec pono discrimen inter sanguinem arteriis contentum, ac venis, & si iis crassior: illis subtilior contineat: nihilominus arteriis naturalis continet sanguis: prout ait Galenus.6.&.7. libris Iuuamentorũ. At arterialis dicit quia arteriis continet, aut a corde subtiliatus, & elaboratus. Naturalis quia in iecore virtutum naturalium minera generat. Ait Galenus.7. Iuuamentorum. Venæ pulsatiles a non pulsatilibus sanguinem accipiunt, & non pulsatiles a pulsatilibus. Et vt hoc ppensius fiat p corporis viciniores sint partes. Videt cor suo (cuius est fons) calore sanguinem subtiliare: quatenus fiat a tali sanguine facilior spirituum generatio. Ait Galenus 7. Iuuamentorum. Cor a crasso nutrit sanguine. Atqui eius quod nutrit: cum eo quod nutrit cognatio debet esse. Propterea ait Galenus eodem lib. Pulmo nutrit ex sanguine rubro subtili. Iecur vero ex sanguine crasso, ac rubro Ait Galenus.5. Iuuamentorũ. Lien nutrit ex sanguine nigro subtili. Ait eodem lib. Sicuti hominis deiectio est canibus delicatissima. Ait lib.3. virtutum naturalium: ita iocinoris crasso excremento voluptat lien, Lotio renes, a felle vessica fellis, p partis natura tales prumpũt pustulæ, ac tumores, qui in abscessus (& si

plerunq; diffient)frequentius degenerant. Abscessus vero in vlcera . Crurium tumores quia i musculis p parte maiori, carniformibus magis rubricãt: maior fit sanguinis mistio , ac magis dolitant. At quia a caloris fonte remoti : & a crassiori succo facti, haud facile abscess⁹ fiũt qui si diuturnauerint, membranulę vna cum ossibus contaminant, & sic fiunt dolores acutissimi, noctu pręcipue. Atqui pituitæ natura est magis noctu torquere. Noctu nostra versat solum imaginatio circa dolenteis parteis . Nec extrariis impeditur occasionibus . hinc fortius in morbum naturalis insurgit virtus . Nec solum animales mutuo , ac naturales virtutes sese impedire vident: prout in somno feriantibus sensibus potior fit concoctio: deinde circa partes digestio: nouissime vero nutritio. Verumetiam animales inter se mutuo quoque impediunt. Forti enim circa aliqua imaginatione acutus dolor, qui sensus tactus est accidés) diminui videt. Ait Galenus 3. de morbis. Tactus pręter reliquas sensiones proprium & insigne obtinet symphoma: nempe dolorem. Qui (ait Galenus. I. pręsagiorum)vires exoluit. Ait Galenus. 2. paruæ artis. Fluxiones irritat, & quouis loco fatiget (ait Galenus. 2. paruæ artis, aut continuitatis solutionem , aut immutationem significat subitam . Sicuti venerem voluptas sequitur. Voluptas etenim blandus est sensus (ait Galenus. I. interiorum) ita dolor, qui tristis est sensus, talem crurium, aliorumque membrorum comitatur adfectum. Et quanto ppria huius morbi materia calidioribus miscet succis: dolor acutior, ac

tēporis successu corrodētior fit magisque vlcerans causa. Si ob humoris adusti mistionem fiat dolor, si a pituita adusta paru' fit dolor. A sanguine adu sto acutior. A succo atrabilario adusto adhuc ma gis, & maxime ob eius siccitatem. A bile vero adu sta (propter enim eius tenuitatem, ac caliditatem propensius aduritur) omnium propter talem cali ditatem, siccitatem, ac corrosionem fit acutissim'. Ait Galen' lib. de bile nigra. Bilis adusta maxime perniciosa est, vt neq; muscę, neq; aliud animal eā velint gustare. Ait Galenus. 6. sententiarum expo sitione. 5. Flaua bilis superassata est omnium mole stissima. Ait Galenus. 3. interiorum. Ferina inducit deliramenta, terram rodit atque extollit. Talibus morbo correptis, haud rarēter gignitur bilis. Ait Galenus. 2. temperamentorum. Ira, dolor, solicitu do, labor, vigilia, inedia, succi plus bilis aceruant flauæ. Ait. 2. de crisi. Labor, vigilia, ac solicitudo sunt bilis generatoria. Et tali laborantes morbo, dolore, ira, vigilia, tristicia, solicitudine: ac ꝓpter iocinoris calidiorē temperaturam inedia nō pos= sunt non adfici. Ait Galen'. 5. interiorū capite. 7. Calidas iocinoris intemperies ciborum adpeten= tia comitat̄ nunquam: sed inedia grauis, &c. Hinc bilis adcrescit, quæ ob eius caliditatem pituitam mobilitat, proinde propensius circa parteis maxi= me infernas ruit causa. Temporis curriculo subti= le ab interna externaque caliditatibus depascitur. Ob residuum adustum, tumores fiunt dolorifici, ac duri, cruribus, brachijs, manibus, ac alijs corporis partibus veneri, haud mediocriter famulantibus:

Qui tumores in vlcera degenerant esthiomena, (ἐσθίω esthio comedo) carnem vna cum ossibus corrodētia. Nihil est hęrpes esthiomenꝰ quā sacer ignis (gręce ἐρυσιπέλας erysipelas) vlceratꝰ: sic ait. Leonicenꝰ in suo de hoc morbo tractatu. Scio nō= nullos chirurgos esthiomenū vocare id quod Ga= lenus vocat gangrenam, quæ est ait. 2. de febribus ad Glauconem, non integra ob inflammationem mortificatio. Spacelos vero integra: sic fauēte for= tuna benigniori, pro morbo morbus curatur. Id quoq; euenit de cardiaca passione quæ est hostioli vētriculi passio, & non cordis: nisi tale hostiolum cor vocent, prout veteres (ait Galenus. 4. senten= tiarum commentario. 65.) vocarunt. Cæteri inter anthracem, & carbonem, ac prunam discrimē po= nunt. Ididem inter erysipelas, ac sacrum ignem, & pro compensatione inter saniem, ac pus nullā po= nunt differentiam. Ait Galenus. 2. Therapeutices. Vlceribus tenuius excremētum, sanies ἰχώρ ichor. crassius vero pus vocatꝰ. Ait. 1. Therapeutices Gale nus. Non oportet nominibus seduci. & . 14. eiusdē libri ait. Confert autem de nominibus doctrinæ clarioris gratia quandoque differere. Est enim in= delebile vicium (ait Galenus. 13. Therapeutices) ignorantia cum superbia iuncta, sed ad scopū. In ventre, spatulis, pectore, aliįsque humidioribus membris: tales tumores vulneraque mitiorē agūt dolorem. Atqui humiditas calorem obtundit, cu= ius siccitas est lima. Quum vero semen prima sit causa corruptum sicuti dictum est: & ex subtiliori fit parte quatuor humorum (prout quoq; dictum

est) ac igneas habeat partes: corruptum propensius corrodit: imprimis pudenda. At postquam cerebro communicata est noxa: ob cerebri humiditatem, ac pituitæ mistionem hebescit causa. hinc contumatioris est adustionis. Temporis successu maior fit adustio: ob aliorum maxime succorum mistionem: præsertim biliosis corporibus, æstuanti tempore, vigilantibus, ac inedia vtentibus. sic fiunt vlcera cacoethe, ac dolores assidui crurium musculis. Ex principibus vero membris post cerebrum propensius læditur iecur, quia humidum ac succis humectatum. Videtur esse sanguis coagulatus: id vocant græci παρεγχύμα. Ait Galenus. 2. temperamentorum. Iecoris caro simplicis cuiusdam naturæ est: sanguinem referens. hinc propensius corripitur. De corde vero tanquam de vitæ principio, ac virtutis vitalis minera est multum solicita natura, itaque rarissime aut nouissime a tali corrumpitur morbo: aut vitæ prior fit solutio. Ait Hippocrates libro de corde. Cordis leuum durum est: caloris custodiæ causa. Ait Galenus. 6. de vtilitate particularum. Cordis caro dura est: vix passibilis, varijs consistens fibris: quod continet pulmo veluti aliquid man⁹: cuius leuum latus multæ est crassiciei, ac duriciei, dextrum illius respectu tenue, ac molle. Haud ab re quod continet subtilem sanguinem: ac spiritus sit spissum ac durum: quod vero crassum continet sanguinem non oportet. Sic fit in pondere naturæ prouidentia: ab agente infallaci directe æqualitas fabre fabricata. Ac ponitur medium in tota pectoris spaciositate: ad infalla-

ciam. Qui aliter sentiũt (ait Galenus eodem lib.) ob pulsum leui cordis ventriculi in sinistro latere magis vergẽtis, ac pulsantis allucinant. Quamobrem si de tali vitæ principio natura fuerit solicita, cor a tali venereo morbo minime lædit. Rarissime principium morbi versus lædunt ossa propter eorum duriciem. Succis tamen temporis successu deteriori qualitate correptis non possunt nõ lædi. Rarius cartilago, ac syndesmi, raro chordæ, facile nerui, ac membranulę, facilius musculi propter eorum raritatem, fibrasque nerueas. Ait Galenus. 11. de vtilitate particularum. Non fit motus cum electione sine musculis. Ait. 2. interiorũ. Nerui non mouent a voluntatis imperio sine musculis. Quia venereis motibus suis, cerebro magis famulantur citius tali corripiuntur morbo. Hinc fit vt in hoc morbo & tumoribus, & doloribus mediæ crurum partes propensius corripiuntur, quam iuncturæ siue artus, itaque non proprie articulares dicuntur passiones. Nec tantam habent similitudinem cum hoc morbo venereo alia carniformia membra prout sunt lienis, renes, pulmones, caro, ac pinguedo: quam dicta membra cerebro famulantia, quæ differunt (ait Galenus. 1. interiorum) a naturalibus partibus: iis connata est facultas, illis vero a cerebro veluti lumen a sole. Propterea quærebat Alexander. 5. libro suorum problematum. Cur naturales quidem potentiæ connatæ sunt. Animales vero adquisiticiæ, quia (ille ait) ad viuendum: eę vero ad bene viuendum sunt adcommodatæ. Propterea ait Galenus. 1. zoogo-

niæ. Quantum autem est melius viuere quam so-
lum viuere, tãtum sunt testiculi corde nobiliores, abscissis testiculis imbecillius circa actus fit cor, quoniam neruosa remittitur virtus. Similem emit tunt mulieribus vocem. Pręb entque testiculi gene ris permanẽtiam: cor vero membrum carniforme vitam solum. sed ad scopum. Temporis curriculo deteriora succedunt symptomata, præcipue si aut malis medicaminibus, aut non congruis, aut im-portune intempestiueq; datis vsi fuerint patiẽtes. Veluti iocinoris supercalefactio cui succedunt sitis inexhausta, maxime citra tussim. Ait Hippocra-tes. 4. sententiarum. Quibus plurimum siccę tusses leuiter irritantes in febribus ardentibus fiunt: non multum siti infestantur. a fortiori hoc in morbo, quoniam vt plurimum abest febris. Ait Galenus 6. de simplici medicina. Sicuti ex mala in ventri-culo concoctione intestinorum aduenit lęuitas: quoque ex mala in cerebro alimenti delegati de-coctione, profluuium emergit pituitæ. Ait Gale-nus. 3. sentẽtiarum commentario. 5. Principio ner uorum humectato necesse est circa motus volun-tarios pigriciem aduentare, & veluti in seipso ho minem dissolutum adparere. Si profluuium fuerit acutum quod frequentius accidit, corrodit. hinc nonnullorum voces: aut nares referũt: aut ppetuo exulant. Aliqui simis sunt naribus. Nõnulli adul-terino vtuntur naso. Fiunt etiam aliqui immentu-lati. Etiam succedunt aqua inter cutem, pulmonis vlcerationes, tabes, & alij plęrique morbi, qui to-tam pene corporis fabricam demoliuntur. Et si

talem non amplius redolere morbum, aut non contagiosi videant: eorum tamen talis venereus morbus est penitus origo. Nec talis lotio dignoscitur: aut pulsu morbus. Pulsu quia prout dictum est rarissime læditur cor: propter tamen imbecillitatem (ait Galenus super isagogen pulsuum) fiunt pulsus frequentiores. Ac pulsus frequentia est imbecillitatis soboles. Nec quoque lotio noscitur. Ait Galenus. 4. sanitatis tuendæ. Lotium eorum tantum quæ in vasis continentur nota est. Ait. 2. præsagiorum expositiōe. 6. Facultatis in iecore, ac venis ex vrina sunt indicia. Sudor quidem succorum, qui in vniuerso corpore abundant nota est. Ait Galenus 4. sanitatis tuendæ. Et quum talis morbus vniuersum pene corpus occupet præcipue partes externas: eius causa materialis sudore dignosci potest. Cæterum qui velit medicus illius odorem morbi olfacere, nedum gustare inuenitur nullus. Talis pfecto morbus suis satis patet indicijs, vel externis. Frequētius tantas incontinētiæ notas præ se fert, vt magno hominum ludibrio lateat neminē. His pręcedentibus venanda est huius morbi definitio.

¶Morbi venerei definitio.



Orbus venereus materialis est dispositio: a venere ac contagio procedēs: primum pudenda, aut contagio læsa vlcerās: deinde succos pręcipue pituitam, membra maxime seminaria corrumpens: quo pustulæ, tumores, vlcera, ac dolores, prorumpunt.

¶De præsagitione.


T si talis venereus morbus spontaneam minime subeat solutionē, ac præter multos morbos curabiles, haud naturæ citra opem artificis succumbat, nihilominus de eo pauca præsagire conducere poterit, vel medico. Ait Galenus super primum præsagiorum Hippocratis. Medicus pręsagiēdo futuris de longinquo obuiam it: & demum internitionis vacat crimine. Ait Galenus libro de constitutione artis medicatorię. Præsagitio inculpabilem facit medicum de morte, ac obsequibilem reddit ęgrum. Ait Galenus super. 2. prognosticorum Hippocratis. Summa totius præsagitionis est morbi facultatem cum ægri facultate conferre. Ait Hippocrates. 1. Præsagiorū. Oportet igitur agnoscere talium naturam adfectionum quantum supra vires corporis sit. Pariter & si quid in morbum diuinum habetur, illius quoq; ediscere prouidentiam. Ait. 3. Præsagiorum Hippocrates. Oportet eum qui sit recte prædicturus sanitatem, ac mortem: in quibus morbus pluribus dieb9 fatigatur9 est: & in quib9 paucioribus indicia ediscendo omnia intersting uere æstimando vires eorum inter se: quemadmodum de illis, &c. Ait Galenus. 8. Therapeutices. Indiciorū prælatura pręsagiendum. Sed ad scopum veniendo. Talis venereus morbus prout experimento videmus artificis semper indiget auxilio. Itaq; si occurrat in principio medico artis galeninę, dogmaticęve, docto, ac experto patiens fortis, iuuenis, tempore calido, pręcipue ineunte æstate, nullo alio correptus

morbo, breuiori poterit tempore curari, & quanto magis a dictis conditionibus aberit, tanto tristius curabitur. Si morbus longius diuturnauerit tempus ob consuetudinem: & quia succorum vicia torum subtilius est difflatum: ac membra redduntur imbecilla, in curatione diuturnioris indiget tẽporis ęgrius curabitur, aut vlceribus quibus purgatur corpus vita protelabitur, aut non curabitur maxime si patiens fuerit annosus. Ait Galenus. 7. sententiarum commentario. 41. Natu maioribus omnia peiora propter ætatis imbecillitatem, cutis, ac succorum crassiciem. Quum sicuti dictũ est hoc in morbo pituita maxime circa principium, quã quiuis aliorum succorum magis sit in causa, biliosis quam pituitosis deterior morbus. Ait Galenus. 7. Therapeutices. Minus periclitantur quicunq; cognato laborant morbo. Ait Hippocrates. 2. sententiarum. In morbis minus periclitantur: quorũ naturę: aut ætati, aut habitui, aut tempori magis congruit morbus, &c. Et quum humidus sit morbus biliosi venereo morbo correpti a propria magis absunt natura. Itaq; ratiõe & morbi, & recessus, desiccantioribus egent. Et quum ob eorum passibilitatem: fortiora nõ sustineant medicamina, haud abre si biliosi ægrius curantur. ¶ Atrabilarij sicuti & senes forsitan ægerrime, illi ob densitatem ij ob & densitatem & imbecillitatem: non tamen ob passibilitatem. Item autumni tempore ægrius curãtur: propter temporis imparilitatem, quo tempore ait Hippocrates. 2. Epidemiarum grauissimi morbi, ac lętalissimi fiunt. Ait suo libro prædictorio. Prę=

terea scito mala vetustissima pessima, & recursan tia difficillime auscultare. Quæque in corporibus sunt vetustissimi. Autumnus autem hyems quã ver & æstas minus conferunt ad morbos depellendos.

¶ Item si ex membris quorum operatio toti com municatur corpori, aliquod ab hoc morbo fuerit viciatum rarenter fit curatio. Si caput iugi fatige tur succorum profluuio, si a causis acribus, ac cali dis talis fiat fluor, mordacibusve: palato erumpũt vlcera, faucibus, gurgulioni, naribusq;, quæ ob as siduum fluorem ægre curantur. Quippe vlcera nõ curantur, nisi pruis desiccentur. Ait Galen⁹.3, The rapeutices. Sanies vnionem dispescit. Si morbus diuturnauerit, ac vnguentis mercurialib⁹ adiũcta cerussa quiuis vsus fuerit, fœtido erit anhelitu. Si iecur lędatur, haud rarenter scirrhosum euadit. Ait Galen⁹.13. Therapeutices. Oportunissima ad scir rhum sunt lien, ac iecur, cui scirrho aqua intercutẽ sępius succedit. Excrementorum loca inferna ver= sus, ob virtutis sanguificę imbecillitatẽ copia ruit. Inde dolores, tumores, vlcera & multa alia cõtin= gunt. Ait Galenus.1. de morbis. Morb⁹ ex morbo nascitur. Quia talis venereus morbus morbi diu= turnioris quam acutioris naturam præ se ferre vi= detur, & tẽporis curriculo succi corrũpiunt, fiuntq; inęquales, indicium sit fœtor. Ait Galenus.3. sen= tentiarum commentario. 26. Excrementorũ fœ= tor malam denotat concoctionem. Itaq; exituris, ac difflationibus insensibilibus debet solui mor= bus. Ait Galenus. 2. de diebus criticis. Diuturni sol uuntur morbi difflationib⁹ insensibilib⁹, ac exitu

ris,& hoc pluribꝰ diebꝰ. Si medicus tēpore impor- tuno: aut cū nō decēti medicamine huic medeatur morbo. Poterit patiēs nō recidiuā non passūri, & maxime si mala vtat̄ victꝰ ratiōe. ꝓpterea sua spe ꝑfecto frustrabit̄ medicꝰ. Ait Galenꝰ.1. senteñ.cō mentario.1. Patientis mala obsequela, medici ꝓfla gitio frequentius obturbatur. Item si fiat recidiua peior erit radice. Ait Hippocrates libro de passio- nibus. Morbꝰ enim qui rediȷ̄t magis quam ꝑ exor dia premit. ¶ Itē si nouo venereo certamine qui- uis talem venereum venatꝰ fuerit morbum, veluti malum malo texens: ægerrime haud ab re sanabi tur: pręcipue si primus morbus non fuerat penitus a corpore pulsus, aut si multis importunis, aut im- portune datis fuerat vsus antidotis, ob imbecilli- tatem tristius curabitur. & si videt̄ sanus, nihilomi nus erit culpate sanus, ob excrementorū copiam. (Ait Galenus.1. de febrium differētiȷ̄s.) Qui ma- lis succis redūdant breuem ac fallacem obtinēt sa- nitatem. Inde quia senes excremētosi eorū sanitas (prout ait Galenus.6. sanitatis tuendę) quęrimo niȷ̄s non vacat. Aitq́3.5. eiusdē libri. Senum sanitati pręesse, est quid difficillimū. Sed ad scopū. Tem- poris successu: & si huius morbi reliquiæ puta dolo res, tumores, vlcerane, remaneant, plęrunque con tagiū deperdit̄: experimēto habemꝰ tales cū sanis citra periculū venereo vtunt̄ opere. Latitat quan- doq́3 multos annos: dein insperato resurgit rarissi- me cum pustulis frequentius cum doloribus, ac tu- moribus in vlcera degenerantibus.

¶ De huius morbi venerei curatione.



Idetur profecto & in curatiõe, & in eius adquisitione talis morbus esse anomalus. quippe natura sine medici auxilio, prout in multis pauperibus quotidie videmus febres, morbos laterales, tusses, tumores, pustulas, vlcera: ac infinitos pene morbos sanat, istum morbũ nequaq̃. Illi a virtutib⁹ infernis, haud suo officio fungentibus emanant. Hic a superna infernis imperitãti virtutibus. Hic citra conuersationẽ cum homine minime comparatur illi neutiq; indigent. Itaq; vti sine altero, haud videtur emanare citra alterũ puta artificem curatum iri nequit. Si morbus a cognitione, ac imaginatione præter illos morbos imprimis emanarit. hui⁹ venerei morbi curatio alio medendi genere, quam illi videtur egere. Quo vna det libidinis corpus pœnas, animamq; facti pœniteat. Et sic patiens per purgatoriũ, aut quadragesimale ieiuniũ, aut aliquid aliud simile (prout sequẽtibus videbitur) dare poterit pœnas. Propter enim externorũ sensuũ virtutũq; vegetalium, aut vitaliũ, aut voluptatẽ, aut errorẽ, peccat nemo: adsit cõsensus necesse est. Aiunt theologi. delectatio, ac libido, q̃ ex turpitudinis amore manant, peccatũ nõ est. Propterea si quis ad flagitiosum opus inuitus veniat, quãquam adsit voluptas, non tñ peccat. Si ad honestũ facinus vltro se conferat: & si non delectetur etiam recte agit. Sed ad scopum. Duobus instrumẽtis venanda est hui⁹ morbi curatio, victus ratiõe videlicet, ac medicaminibus, quæ varianda sunt ꝑ tẽpore quo magis

vel minus a principio procul est morbus. Itidem pro temporis, tẽperaturæ, ætatis, regionis, victus rationis, sexus, habitudinis, roboris, ac cõsuetudinis natura. Item pro patiẽtis repletione, ac inanitione. Item pro mutatione ætatis, tẽperiei, ac compositionis. Mutatur enim ætas tẽpore: variatur cõpositio ætate. temperies iis variatur ambob⁹. De quouis horum in particulari agere, quum hoc quod sit præter artẽ est impossibile, in specie haud facile. Propterea nimirum ad pauca respiciẽtes paralogisant facile, ac paralogisantur. Nimirum quoq; si antidotis iãdudum tanta arte, ac tãto studio, ingeniove fabricatis, haud optatus succurrat euentus. Nimirum itidem si lotio viso, ac pro illius indicio pręcipue hoc in morbo scripta antidot⁹ haud multum conferat. Ac demum nimirũ si ꝓpter tot errores vereantur patiẽtes vacuatoriis vti medicaminibus, Profecto tales antidoti poti⁹ exempli gratia, & ad docendũ quam operandũ ab auctoribus traditę sunt. pręcipue variis ac multis cõpositę simplicibus vacuatoriæ, ac in certa dosi positæ. In horas nedum indies variatur morbus, symptomata mutãtur, de loco ad locum morbi ruit causa: mutaturq; corpus. Itaq; citra periculũ incognitis, & patiẽtis, & morbi naturis, aliisq; indiuiduis proprietatib⁹, talibus vti antidotis potest nemo. Nec loquor de pręseruãtibus ac fouẽtibus medelis, cæterũ magis de vacuatoriis, quibus maius imminet periculũ, & hoc in morbis periculosis. Singuli etenim morbi propriam requirũt curationẽ, sed ad scopũ. Ocyus quã poterit venereo morbo correptus cõsulat me-

dicum, anteaquam succi multũ corrũpant, ac mul ta lędantur mẽbra. Quanto serius, ac forti vtet exercitio, tanto maior bonorũ succorũ cũ iam viciatis fiet mistio, ac mẽbrorũ lęsio. Hoc in morbo materia quodãmodo videt esse furiosa, siue turgens, non quia calida, aut subtilis, aut loco suspecto, aut venenosa, aut in maiori copia, cęterũ quia a venere ꝓcedit. Ait Galenus. 1. sentẽtiarũ cõmẽtario. 22. Turgere mutuaticia vsurpatione ab animalib⁹ ad succos est translatũ, vt libidine incẽsa ferociũt, ita succi instabili sede totũ corpus, ac eius actus turbulentãt. Cęterũ quia contrariũ videt, ac alijs miscet succis, æquatiõe maxime tẽporis successu indiget. Itaq; si diuturnauerit morbus, imprimis materia venit æquanda per interius sumpta, cęterũ potissime per exterius adplicata. Sicuti huius morbi materia nõ potest, nec debet per interius sumpta vacuatum iri: prout luculẽtissime sequẽtibus videbitur, ita nec debet ęquari. Alia vero excremẽta modo in cõuenienti fuerint regione p interius sumpta pręparari possũt. Ait Hippocrates epistola ad democritum. Crudus morb⁹ quum est nihil cedit. Si vero huius morbi causæ portiũcula fuerit in ore, vẽtriculo, aut intestinis nõ repugnat cum interius sumptis vacuationi paratiorem reddere. Ait Galenus. 2. sententiarũ cõmẽtario. 9. Erit corp⁹ fluidum omnibus mẽbris reseratis, humorib⁹ incisis, abstersis, ac extenuatis. si quis fuerit humor in corpore crassus lẽtusq;. Et in illius expositionis textu. Ait Hippocrates. Corpora quum quispiam purgare voluerit, oportet fluida facere. Et 1. sententiarũ.

Concocta medicari, ac mouere non cruda, modo non turgeant: plurima vero nõ turgent. Si pituita qua ꝑ maiori parte principiũ versus talis fit morbus lenta fuerit, ac crassa, & præmaturæ decernat prorũpet recidiua. Propterea ijs æquatis succis vacuanda sunt ventriculi, primarum venarũ, simarũ iecoris partium, ac intestinorũ excremẽta, cũ bilagogo. pituitagogo, aut atrabilagogo, ꝑ succorũ redundantia. Aut facienda est sanguinis vacuatio ꝑ materia antecedente. Cæterũ rarissime cõfert, pro morbi materia coniũcta nequaq̃. Et hæc fiant pro patientis robore, vice, vna, aut pluribꝰ, minime cũ virtutes prosternẽtibꝰ, sufficiat quod talia mẽbra purgent̃. Atqui materia in alijs existens membris seducenti vacuatorio haud vacuari debet, nec experimento curationẽ fieri vidimus, nec ratio consentit. Medicinę vacuatoriæ minutæ, aut erroneę, sępius vacuant, minutę quia haud indesinẽter, donec fuerit corpus mũdũ purgant, ac inter euacuationẽ, & euacuationẽ iterato maligna morbi qualitate sicuti in febribus viciosi cõgerũtur succi. Erroneæ quia nõ inueniendo quem solũ peccantem respiciũt succum, aut inueniũt: cæterũ inæquatũ, aut ꝑ viribus vacuatorij remotiorẽ fatigant, dissoluunt, eliquant, ac senectã maturant. Item medicus artifex est, & artifex naturã ęmulari inquãtum potest debet. Natura (ait Aristoteles in sua metaphysice) ab agente dirigit̃ infallaci. Ait Galenus. 5. sentẽtiarũ cõmẽtario. 38. Animalis opifex actus dirigit naturæ. Et natura est quæ curat morbos, medicus minister. Hinc si primæ concoctionis

excremēta per aluum secernat natura, secūdæ per meatus vrinarios, tercię siue nouissimę per singula mēbra. necnon succos in iįs viciatis locis per talia loca a natura deputata vacuet, eam imitari debemus. quod multis Galeni theorematis probatur. Ait Galenus.1.sentētiarū cōmentario.21. Euacuationi sedes sunt oportunæ aluus, vessica, matrix, palatū, nasus, vniuersa cutis. Ait.2.interiorū. Cerebri redūdantia per nares, nonnūq̄ per palatum, aut aures vacuant. Ait Galenus.7.Therapeutices. Venter vomitu, ac deiectione inanit, at deiectione intestina tantū, id quoq; iocinoris simū. Illius conuexū, renes, ac vessica per lotium. Si tamē multo ac vicioso succo sint referta vacuatorijs deiectorijs (catotera græci vocant) per aluū purgantur, sin modico per vrinarios meatus. Cerebrū per palatum, nares, ac aures. Pectus ac pulmones per asperam arteriam, ac fauces. A situ indicatio omnium maxime sumēda est. Ait Galenus.6. de locis adfectis. Si in superioribus intestinorum partibus fuerit morbus, ab epotis præsidiū petendū est. Si vero in humilioribus clysterē magis subijcere cōuenit. Ait Galenus eodē libro. Expurgant gibbę iocinoris partes per lotium, atq; omnes quotquot iįs sunt superiores. Per aluum iecoris resima, ventriculus, intestina, ac lienis. Ait Galenus.3. paruæ artis. Qui in sima iecoris parte sunt humores, per aluum, qui in cōuexa per lotium, & eodē ait libro. Euacuant enim promptius si in primis venis sunt succi per aluum. Si in iocinore per lotium, si in totius habitu per sudorē. Quēadmodū qui in capite

existunt per palatū, aut nares, aut p vtrūq; meatū. Si in thorace p fauces, ac tussim. Ait Galen⁹.5. interiorū. Quo robustior fieret expressio, natura donauit tussi animalia. Si in renib⁹ aut vessica p lotiū Ait Galen⁹.1. Therapeutices. Nam sicuti iocinoris cauum p aluum purgat: sic gibba ei⁹ p ea quę modice vrinas mouent, cuius generis est apiū. Ait Galenus.3. de virtutibus naturalibus. Laborantib⁹ cōuexis iecoris partib⁹ per vrinam trahere oportet, simis p aluum: pulmone aut thorace p tusses: vētriculo ac stomacho p vomitū: ītestinis p aluū: renibus p lotium, matrice p menses. Ait Galen⁹ libro de cōstitutione artis medicatoriæ. Ea quæ sunt in primis venis excrementa per subductoria purgari oportet. Quæ in aliјs venis p lotium. Quæ sunt secundum totū habitū p sudores. Quæ sunt in simis iocinoris partibus p intestina. Quæ in gibbis p vessicam. Quæ in pulmone, ac thorace p tusses. Quæ vero in cerebro per nares. Ac infinitis pene locis quoq; scripsit. Quib⁹ ostendit medicinā verissimā esse artem, naturæ famulantem, ac Galenū veracē artificem, naturęq; acutissimū pscrutatorem. Eadē scripsit Hippocrates. Cæterum generaliori modo. Ait.1. sentētiarū. Quę ducere oportet quo maxime natura vergit p loca cōueniētia eo ducere. Ait.4. eiusdē libri. In medicatiōib⁹ talia educere qualia & sponte pdeuntia vtilia, quæ vero contrario modo pdeunt cohibere oportet. Modo vnicuiq; cōcoctioni definitū est sensorium, quo purgat excremētum. Propterea ait. Supra præcordia dolores purgatione indigere p superiora significant, quicūq;

vero inferiora molestant p inferiora. Ait epistola ad democritum. Superna purgatio iis cõmoda est qui cibos sine febri auersant, cor vellicat, oculi caligant, os amarore vexat. Per inferna si sine febri tormina vexant, lumborũ dolor, genuũ grauitas, quũ dolores sub præcordio sunt. Caueto vrbanos, ociosos, carnes humidas habentes. taleis obseruato. Ait. 4. sententiarũ. Graciles, & facile vomẽtes purgare superius cauentes hyemem. Vomentes vero difficulter, & mediocriter bene carnosos p inferiora cauentes æstatẽ. Itaq; tẽpora nedum corporis partes, cõsyderãda sunt. Ait paulo ante. Medicari æstate superiores magis, hyeme vero inferiores. Et sub cane, & ante canem, difficiles sunt medicationes. Itaq; quiuis fuerit actor. (Et si Hippocratis aut Galeni sese interpretem pfiteatur) si supradictis theorematis cõtradicat nõ meret naturæ vocari amic⁹, cæterũ potius corruptor. Ait Galenus. 2. regiminis acutorũ. Omnes medicinę effrenanter soluẽtes sunt vẽtriculo noxiæ, præsertim illius hostiolo pter neruorũ sensilitatẽ, summe desiccant corpora, maxime ventriculũ. Ait Galenus 7. Therapeutices. Sicca vẽtriculi intẽperies, haud remediabilis est. hinc qui talibus fortibus vacuatoriis vtũtur, de ventriculi dolore, ac ex cõsequẽti de totius corporis debilitate quærulant. Sũt nõnulli qui volũt pilulis fœtidis, aut de lapide lazuli, aut similibus huic mederi morbo. tantũ pfecto abest, vt morbũ curent, vt æternã vẽtriculi imbecillitatẽ agant. Nec rationibus pdictis causæ antecedenti, nec quoq; cõiunctę cõueniũt. Anomi magis cẽsena

tur qui febrib⁹ ardētib⁹, calidis medicinis alioqui seductoriis medētur. Qui talibus effrenātibus hoc in morbo vtunt̃ vacuatoriis cũ hoc quod nõ iuuãt attrahunt iam nõ viciatos succos ad iecur, intestina, ac vẽtriculũ, qui p loca cõueniẽtia vacuari deberẽt. In itinere nõ potest nõ lędi iecur, aliaq; mẽbra. Ac fit diuersio ad loca nobiliora, p cõueniẽtẽ minime regionẽ, nec hoc in casu naturã ęmulatur medicus. Talis vero medicus totã medicinæ artẽ apopaticã, aphodeuterãve facit. Adhuc huic morbo minus quadrant vomitoriæ pharmaciæ. Atqui non solũ iecur lęderet, verũ ventriculus, ac ei⁹ hostiolum (quod stomachũ vocant) prout ait Galenus. 4. sententiarũ cõmẽtario. 65. stomachũ veteres cor vocabant. Ait Galenus. 3. de virtutibus naturalibus. Impetũ facit, qui p vomitũ vacuat. Ait Galenus lib. de dynamidiis. Viciatur vẽtricul⁹ frequẽtiori vomitione. Materia tamẽ vomifica morbificaq;. (Ait. 11. Therapeutices). Si sua sponte vomitionẽ citet, vomitus cõuenit. sin aliter nõ venit irritãdus. Imitari debemus naturã. alioqui in crisi. Propterea dixit Hippocrates libro de Adenibus. De capite decretorij fluores p oculos, nares, ac aures, manant. Tres enim ii meatus, fluoresve, naturales capitis sunt qui semp naturæ lege rituve manant. Famulari debemus naturæ p conuenientem regionẽ ducenti. Sed ad scopũ. Vacuatis vẽtriculi, iecoris, ac itestinorũ excremẽtis ac succis iamiam in iis viciatis locis curatio duobus pręcipue fit instrumentis Mercurio, ac ligno Gaiaco illo vsitatissimo, hoc vero pene inusitato, illo cum Laconi-

co ac vnguentis: hoc itidem cum Laconico ac ieiu-
nio, de quorum naturis prius differendum.

¶ De ligno Gaiaco, eius natura, ac
per ipsum curatione.



Ropter hu⁹ morbi venerei curationis difficultatē, recidiuas, equidē varias: antidotorū vsitatarū inopinatos effectus, nonnulli experiri voluere alium curandi modū, presertim quum huius morbi venerei apud veteres medicos priuatę notæ, ac symptomata minime reperiant. Itaq; nec eius peculiaris curatio. Atqui in hoc morbo dolor podagrę, articulariumve passionū, haud dolorē ęmulatur. In illo hyeme magis fatigat in ijs. (Ait Hippocrates 6. sententiarum). Podagrici dolores vere, & autumno magna ex parte mouentur terminanturq;. Ait eodem libro. Quibuscunq; morbi podagrici fiunt, ijs sedata in quadraginta diebus inflammatiōe finiūt. Talis venerei morbi dolores, ac quoq; sudores: nullo præfixo terminant die. Nec qui secum tot vehat morbos morbus, inuenitur nullus. Hinc nōnullis pro tanti morbi principis debellatione varias odorātibus antidotos, partim ob lucellum, partim ob ęgrotantiū copiā (quorū infinitus est pene numerus) Accidit audire quosdā mercatores pro eorū industria omne latus mūdi discutientes, in quadā insulā soluisse. Cuius hic populus tali, aut simili ſępius corripit morbo. Et qui citra medicos (aiunt) quodam ligno dicto Gaiaco sese curat. Modū curādi memoriæ dicti cōmendarunt mercatores. In tali insula tale crescit lignū

teres, nuces castaneis similes gerens, cortice prę-
duro vnguinosa carne, amara, nigricāti, more li-
gni aut iuniperi, aut aloes. Ait Aristotel'.4.meteo
rorū. Ligna naturæ sunt terrę, aerisq; ꝓpter quod
vstibilia & non liquabilia, neq; mollificabilia, &
in aqua supernatant, præter Ebenum. Propterea
non pauci alioqui literatissimi Ebenum sunt ar-
bitrati. Est adeo graue lignum tale, vt eius frustu-
lum aqua min⁹ supernatet. Illo accēso profluit re-
sinaceum quoddā olens. Sicuti Ebeno natura est
calida & sicca. incidit, subtiliat, recludit, recreat
sanguinem, ac colorem emendat, aluum mollit,
carnes putridas exedit, orisq; fœtorē corrigit. Ac-
cipiunt chirurgi dicti ligni Gaiaci scobis libram
vnam, aquæ fontis, aut fluuij purissimi libras.8.
simul horas.12.miscent. dein vna decoquunt pau-
co igni, sex horas studiose, ne nimio ebulliat calo
re, ad consumptionem medietatis in fictili olla vi
treata coopertulata, dempto solum despumatiōis
tempore. dein in vitream ampullam colaturā mit
tunt, quæ vocat̄ prima aqua. Denuo dictum lignū
in eadem olla cum aquę libr.8. quoq; iterato co-
quunt, colant, ac reponūt in aliam ampullam, &
vocat̄ secunda aqua. Prima similat̄ aquæ pertur-
batæ. Secunda tenuior emergit. Aliqui deponunt
ob amaritudinem biliosis saccharum, aut manna
granatum, Pituitosis mel. Patientes paulatim te-
nuem victus rationem adsuescant, & si fuerint tu-
bera siue tumores sclerotici, aut ossa si fuerint con
taminata, illis caustico passum ire. hęc vero rasum
ire ante tepidarij adpulsum licebit. Atqui facilior

& cum minori naturæ labore fiet curatio. Imprimis cum sola casiafistula purgantur, deinde conclaue ab omni vento, frigoreq; artificiose defensum: vbi sit iugis ignis. Necnon lecti pannis clausi patientes ingrediant. Et quod melius esset Laconicum siue æstuarium non tamen intense calidũ (sufficit quod a frigoris iniuria defendat) subintrent. Stent ibi patientes dies circiter quadraginta: aut triginta ꝑ morbi venerei aut difficiliori, aut faciliori curatione, patientisq; robore. Ab omni tristitia, solicitationeq; vacui. Omni mane hora quarta vestibus in lecto sudorem citra nimium laborẽ proritent: hora quinta primę aquæ cyathum vnum bibant, ac postea duas horas sudorem vestibus prouocent, surgant circiter hora nona. Est Gaiaco vis sudorifica, gaudẽs potus, ac cibi parcitate, quorum officio fungit. Hora vndecima prandeant, comedantq; tres aut quatuor panis vncias, ac prunorum, aut passularum tãtũdem. Et pro omni potu secunda dicta frigida vtant aqua. Cœna sit prandio tennior, & quanto magis tanto citior curatio. (Et si potus ac cibi abstinẽtia morbum minime tollat: haud vero alit.) Quantũ tamen proficit ad morbi curationem tãtum vel amplius viribus officit. Vesperi hora octaua vti mane primæ aquæ tepidę vnum hauriant cyathũ, id est vncias sex. Dictus reiteretur pot⁹ pro temporis residuo. Stent in lecto ante talem potum per horã: sudorem proritantes, vt melior potus succedat effect⁹. Et post prędictum potum horis quatuor, dictumq; continuent tempus. Si vero virtus deficere

videatur. Ius pulli sine sale, aut mediam, aut tertiã pulli partem accipiant Die, 15. casiãfistulã sumãt, qua etiam vtanẽ in tepidarij exitu. Si interim aluo fuerint patientes quatuor dies astrictiori. Gaiaci in aqua decocti scobis hauriant semiunciam, & si non operetur aut glandem, aut clysterem, aut dictam casiamfistulam (quam siliquam pharmaceuticam vocant) sumant. Toto curationis tempore a sale, vino, ac venere caueãt, necnon post æstuarij exitum decem dies, & quanto plus tanto melius. Vlceribus adponẽdum rasis vnguentum camphoratum, aut decoctiõis Gaiaci spumam, quã obseruare debent. Et sic tali pœnitentiali quadragesima pœnas venerei actus luentes curantur. Qui vero tali pœnitentia æstuario laconico, aut quouis alio volueris nomine vocitare vtunẽ, haud parum abest quod germanorum more purgatoriũ esse negant, vel meritorium. Pauci tamen ob animi sanitatem tale volunt, aut simile subire ieiunium. Ob corporis vero sanitatem grauiora supplicia subire non verentur. Sequentibus fiet huiusmodi curandi luculentior ratio.

De aqua argenti.



Idendum postea de argento viuo, siue mercurio, siue de aqua argenti, quę gręce ὑδαργύρον ἀπὸ τοῦ ὕδατος καὶ τοῦ ἀργύρου εἴρηται. aut quia argento videri potest simili⁹ nihil, aut qa cũ argẽto crescit siue nascitẽ. A quadam similitudine inditum est sibi nomẽ. Talis argenti aqua videẽ esse duplex. Altera naturalis. Al-

tera artificialis. Naturalis (ait Arnald⁹ a villa noua) Omnium metallorũ videtur esse sperma, propterea frigiditati videtur attestari. Hinc ait Auicẽna. Argentum viuum frigidum est, ac humidum. Ceterum vtcunq; sit, illud quo vtimur ꝓpter illius effectus calidum esse videť, Ait Dioscorides omnẽ aliam materiam erodit, ac diffluere cogit aqua argenti. Et super hæc dicta. Ait Vergilius Marcell⁹. Vitæ sensum aquę argenti tribuere veteres, viuum vocantes argentum. Atqui stare loco nescit, micat, tremit, & suo pōdere hac illac facile fertur. Ait Plinius. Est & lapis in ijs venis scilicet fodinæ dictæ aquæ argenti, cuius vomica liquoris æterni argentum viuum adpellatur. Rerum omnium est venenum, dira prerumpit tabe vasa, permanẽs &c. Ait Galenus. 4. de simplicibus. Arsenici siue auripigmenti, & argenti viui natura est calida corrodunt vlcerātq;, sicuti omne genus sutorij atramẽti chalcitisq;. Ait Paul⁹ ægineta. Aqua argenti est calida, ac humida, voluolum pota conciliat. Ait rasis confert scabiei, pedicularibusq; morbis. Ait Serapio corrodit omne cui obuiat. Et Haliabbas. Argentũ viuum est acutum comburens, quod si extinguatur cum oleo, vtile fit scabiei, prurigini, ac pediculis. Ait Nicolaus nicolus capite nouissimo quinti sermonis, venenositatis est extinctum deterioris. Ait Conciliator suo tractatu de venenis. Extinguiť argentum viuum cum forti admistione saliuæ homĩnis donec dispereat. Quod si ꝓieceris super ipsum aquam feruentem, & redierit ad pristinam naturam, nō est extinctũ. Extinctum deterius est quam

purum viuum, & minus malum quam sublimatũ.
Ait Ausonius.

Toxica zelotypo dedit vxor mœcha marito:
Nec satis ad mortem credidit esse datum.
Miscuit argenti lætalia pondera viui:
Cogeret vt celerem vis geminata necem.

Ait Platearius. Argẽtum viuum est calidum & humidum in quarto gradu dissoluit, icidit, penetrat, consumit, mundificatq; . A calido in fumum facile conuertitur, eius fumus neruos remollit. Propria ei⁹ in hoc morbo operatio videtur succos subtiliare, eos in fluxu ponere, ac iuuante expultrice virtute vacuare magis tamen succos pituitosos spermaticorum membrorum excrementa. Et quasi cęteri succi, ac alia membra nisi prædictis miscerentur (& si a tali morbo contaminentur) haud morbi venerei contagio læderent. Nec tali argenti aqua pro curatione ac emendatione egerent. Propterea inter argenti aquæ pituitæ, ac mẽbrorum spermaticorum naturas abdita videtur arcanaq; quędam esse, ac propria conuenientia, ac nonnulla adparens. Aquæ argenti magis nerui, membraq; neruosa, ac pituita quam cætera membra, aliisq; succi colore similantur ac substantia. Sicuti neruis motus inest, ita argẽti aquæ. Et sicuti pituitæ magis quã cæteris succis inest quidam splẽdor, sic quoq; aquę argẽti. Ait Galenus. 3. de simplici medicina. Vnaquæq; medicinarum soluentium est humori quem adtrahit conueniens, verũtamen est humore fortior medicina. Lapis etenim heraclius (qui in solis ferri mineris emergit estq; ferro haud absimi-

lis) est ferro fortior. Itē cartamum pituitosum est, significat id illius color. verum propter caliditatē suam est pituita fortius. Itaq; pituita non adtrahit ipsum, sic meo iudicio de aqua argenti cēsendum.

De curatione in specie.

PVrgatis ventriculi iocinoris prima-rum venarū, ac intestinorū excremē-tis, cū benignis vacuatorijs, nō quod talia excrementa sint morbi causa. cæterum quod non purgatis diffici-lior fieret curatio purgari debent. Et hoc maxime si pustularum, tumorum, vlcerum, aut dolorū cau-sa, a dictis emanat partibus. Patiēs tempore tem-perato, aut parumper calidiori, camerā ingrediat, ab omni frigoris iniuria defensam, qua sit ignis ex lignis non putribus, aut fœtidis pro morbi pa-tientis, ac aeris status, magnus, aut paruus indigē tia. Si patiens fuerit biliosus gracilis, passibilis, & non ꝓcul absit a principio morbus. Nec sit patiēs adhuc vsus pro talis morbi curatione medicamen tis, mane hora quarta brachia ac crura cum manu molliter ac leniter fricta mercuriali vngantur lini-mento, ante ignem. prandeat hora vndecima, aut decima, & hora quinta post meridiem cœnet. Ho ra nona iterato prædicta vngantur mēbra, & con-tinuēt sex octo ve dies. Primo tamen die semel fiat vnctio, diebus sequentibus semel, aut bis, ꝓ mor-bi ac patientis viribus. Ante cameræ exitum itera to purgetur, ac paulatim desuescat calorē, ac viuē di modū, de quo postea fiet sermo. Si patiens fue-rit carnosior, pinguior, senior, & a principio haud

parum absit morbus, factis dictis purgationibus intret camerã quã paulatim adsuescat. Quia crassior patiens validius debet esse presidium. Ait Galenus. 3. paruæ artis. Vbi pars adfecta in profundo fuerit posita moliri oportet tale efficere medicamentum, quo min⁹ in itinere prius exoluat. Quia patiens senior, ac morb⁹ diuturnior, longiori medendum præsidio, & si vnus specie fuerit morbus, medici tamen refert pro indiuidui natura, ætate, ac robore mederi. Si adsint tubera ac tumores sclerotici, quatuor sexve dies fomententur decoctione (brumale si fuerit tempus) Radicum altheę, lapaci acuti, enulę cãpanæ, ebuli, brionię, cucumeris agrestis, aut omnium aut aliquarum in vino albo coctarum. Estate flores, ac hęrbę, magis quadrare videntur, recentes, aut desiccatę. Ait tamen Galenus libro de subtilianti victu. Omne desiccatũ fortius est quam viride. Atqui difflatur cõtinue aquosa humiditas. Sed ad scopum. Deinde vngant medullis aut dialthęa. Crura vero ac brachia, necnõ totum corpus præter caput, pectus, ac ventriculus quoq; fomentent per duos dies mane & sero, addendo prędictæ decoctioni Chamęmali flores, ac meliloti. Sequentibus diebus citra fomẽtationem mercuriali quoq; illinant vnguento. Cæterũ quia morbus curatu difficilior, longiori eget tempore. Vtile satis erit post sextum aut septimum diem sumat patiens casiamfistulam, & ad vires reficiẽdas duos aut tres dies quiescat, ac tumorũ reliquijs iterato dicta fiant remedia. Postea supiori more vngantur loca dicta, pro virtutis constantia incipiẽ-

do semper ob consuetudinem, & finiendo ob partis morbi secretionem, a debilioribus, aut forti (vt aiunt) debili vtantur illinitione. Si materia videtur esse crassa, aut atrabilaria: sintq; tubera sclerotica, aut vlcera esthiomena (quod frequentius ob morbi diuturnitatem accidit.) Siquidem nos monet Plato in thimeo. Diuturnum morbum (qualis est melancholicus) non esse nimis valentibus medicamentis, atq; molestis vacuatoriis irritandum: iis fit quartana, aut lõgior, aut duplex. Itidem carcinoma nocẽtius lędit. Itaq; longiori tempore immorãdũ hoc in casu curationi: alioqui suspicio esset de recidiua. Ait diuus Hippocrates. 6. Epidemiorum. Quæ post decretorium intus remanẽt reuersionis causa sunt. Et. 2. sententiarum. Quę relinquuntur in morbis recidiuas facere consueuerunt. Post vnctiones semper lectum petat patiens, ac illic coopertura sudorem citet. Qui vero mediãt inter adolescentiam, ac senectam, biliosam, ac atrabilariã, temperaturas, ac alias extremitates mediocri indigent curatione.

¶ De illinimentis.

VNguẽtorum basis est argenti aqua, quę augetur, minuiturve pro patientis, ac morbi natura. Auspicandum a debilioribus, ac semper virtuti prouidẽdũ: vbi morbus diuturnauerit benignioribus (sicuti dictũ est) opus est linimentis, ac longiori tempore. Adponitur oleum laurinum pro neruorum robore, & ne lædantur ab aqua argenti. Ait Galenus. 11. Therapeutices. Adeo difficile est aliquod inuenire au-

xilium: quod citra vllam noxam magnifice prosit. Adeps adiungitur, naturæ valde cõformis quæ ait Plinius. strumas discutit, suaq; humiditate acriũ succorũ facultatibus moderat, fit antiquitate subtilior, calidiorq;. prout ait Galenus. 11. de simplici medicina. Theriaca, aut Mithridatum in paruæ quãtitate. occurrit etenim venenositati. Lithargyrus electus auri, aut argenti non adulteratus: alioqui non ponatur, cum aqua saluiæ lotus inseritur, futuris membrorum internorum, propter succorũ deprauationem occurrit vlceribus. Sal ad incidendum, ac irritandum. Resistit etiam putrefactioni. Aliqui adponunt succum, aut limonum, aut arangiorũ. tales iucci humorum putrefactioni resistũt, ac aliarum medicinarum moderantur caliditati. Cæteri accipiũt axungiam, cucumeris agrestis, ac brionię succos, & simul cum mercurio, & axungia linimenta condunt. Alij succorum loco radices lapacij acuti, enulęcampanę, ac succos fumiterrę, & argemonię simul bulliunt, colant. deinde addunt aquam argenti oleum vermium, aut daphninum terebinthinam, aut eius oleum, aloen, styracem, ammoniacum, cerussam. Nonnulli adponũt butyrum, euphorbium, ac alia huiusmodi ꝑvoto multa, nouitati magis inseruientes quã vtilitati. Nonnulli ex ijs medicinis malagmata faciunt. Alij suffitus ex auripigmẽto, euphorbio, olibano, ac plũbo vsto, ad pondus horum quatuor vermilionem minyumbe adponentes. Quidquid sit aqua argẽti quam cætera medicamina huius morbi curationi quadrare magis videtur. Metallicę medicinę con=

uenſunt lotæ, & quãto magis ſplendorem referũt, tanto magis conferre videntur. Hoc linimẽtũ euacuat a membris maxime ſpermaticis, viciatos ſubtiliando, detergendoq́ꝫ, ſuccos pręcipue pituitam, per ſudorẽ vngẽdo partes magis neruoſas, ac magis a nobilioribus diſtantes membris, ne ijs nocumentum inferatur. Veluti pedes, ac manus, a quibus mittitur linimẽti facultas ad cerebrum, necnõ ad alia membra maxime ſpermatica. Si morbus procul abſit a principio, & vlcera maligna (quæ græce cacoethe vocantur) aut ſcirrhoſi tumores adſint. Alia veniũt vngenda mẽbra, alioqui nõ fieret curatio. Ponit a Nicolao nicolo ſermone quinto vnguentum quo ſi manuum volæ illinantur vomitum citat. Si pedum plantæ aluum ſoluit. Nonnulli haud abſimili vnguento ſpheram faciunt, ac manu geſtant ad aluum ſoluendam. Ponit Nicolaus præpoſitus in ſuo antidotario quoq́ꝫ aliquod vnguentum alui ſeductorium, nimirum ergo ſi tale vnguentum fuerit ſoluens. Summe prouidẽdum ne linitionis tẽpore frigidis ſiue internis, ſiue externis, ac ſumme calidis quis vtatur, illis externis veluti a circũferentia ad centrum mouẽtibus, ac ſudorificis repugnantibus vnguentis, his vero ſpiritus reſoluentibus, ac virtutes proſternentibus. Patiens illinitionis tempore. Cauere debet ab omnibus operationẽ impedientibus medicamenti, cuius virtus eſt ſudore ſecernere morbum, modo ſola dicta illinantur membra. Atqui ſi venter vngatur, plęrunq́ꝫ ſoluitur aluus, maxime paſſibilibus. Nec tali debet vnguento venter, aut ventriculus vngi,

ne motus fiant oppositi, nisi fuerit illic venereum vlcus, aut tubera sclerotica, quæ difflantur, aut in abscessus deriuant. Ait Galenus libro de inęquali intemperie. Vbi decumbit fluxio impinguiturque magis digestio, quam concoctio optanda est. Cōcoctionem hęc duo necessario cōsequuntur puris, aut saniei generatio, & eius in aliquod spaciū abscessio. Itaq; imprimis est tentanda difflatio cum digerentibus, quæ rarissime fit succis adhuc fluentibus. Nec deriuatio aut reuulsio (illā παροχετεύσιν hanc ἀντισπασιν græci vocant) iis quadrare videntur tumoribus. Quum talis fluoris, nec ad aliquid, nec ab aliquo priuatim ruat materia membra. In lateris flegmone (quam pleuritida vocāt) antispasis quę sanguinis fit missione e directo semper quadrat latere, alioqui ī succorum magna redūdātia ὅκοσοι δ' ἄλλως μετῶσι θαμα ἢ ἀρρωςόυς σφάττουσι ἢ διπλῶν πλευρίτιδα ποιοῦσι. Tātum profecto abest, vt iuuent, vt noceant plurimum. Quod multis Galeni dogmatis, longa experientia, ac infinitis pene rationibus probari potest. sed ad scopum. Si tales diuturnauerint tumores, & sint a materia lenta, & crassa, satis magni, vnguentis vel mercurialibus rarissime difflantur, propensius abscedūt, ac in vlcera cacoethe degenerant.

¶ De pustulis, vlceribus, ac eorum curatione.


Vstulæ imprimis prorumpentes putridæ, ac purulentæ, vlcera quoq; purulenta, sordidave magis videnť. dein saniosa plerūq; euadūt, nisi succurrat chirur-

gus, & hoc ob bilis mistionem, dolores, vigilias, tristitias, solicitationes, ac inedias morbo succedẽtia, succosq; adurẽtia. Itaq; illis cum abstersoriis, iis vero cum desiccantibus magis medendum. Ait Hippocrates suo libro prædictorio. Qui vlcera cognitiurus est, hominũ naturas primo noscat oportet. dein quę ætates facile vel contra curant̃, corporis loca in quib⁹ vlcera sunt. Quemadmodum ait ætates, corporisq; loca inter se differũt, sic & in iis vlcera facile, vel contra curant̃. Vlcera eñ virulenta desiccationem maiorem. sordida vero maiorẽ abstersionem desyderant. Si caua fuerint vlcera sarcoticis, si æqualia glutinantibus, ac cicatrizantibus egent medicaminibus. Illis omnibus natura medetur. Cęterum medicus porrigere debet opus naturæ. Ait Aristoteles. 2. Physicorũ. Ars imitatur naturam inquantũ potest, & perficit opera eiusdẽ. Si supercrescat caro, soli⁹ interest artificis talẽ auferre carnẽ, cũ aliquo suorũ motorũ siue linamẽtorum, quæ sunt quinq; στίπτον, ξύστον, τίλτον, ἐλλυχνίωτον, πριαπίσκωτον. Sarcoticorũ, siue carnis generatoriorũ medicaminũ æquale læsę parti debet esse tẽperamentũ. Adglutinantes tẽperamẽtũ sicci⁹ Cicatrizantes vero adhuc magis siccũ. Facile hoc in morbo curant̃ vlcera corrodentiũ succorũ abscisso fluore, nisi ossa fuerint cariosa, contaminatave. Quibus postpositis vnctionib⁹ medendum. Ait Hippocrates libro de fœminarũ morbis, vbi loquitur de pudẽdorũ vlceribus. Si vlcerũ materia tenuis fuerit, ac saniosa, totius fiat corporis purgatio. si cõsistens ac tenax antidotis indiget topicis.

Consuluit me quidam iuuenis, cuius mentula ses-
quiannum perpetuo saniosum, ac virulentũ vome
bat succum. quod venereo (ait) contraxerat certa-
mine. Vsus fuerat vel frustra multorum medicorũ
ac chirurgorũ consilio, horum fomentis, ac cathe
teris, illorũ victus ratione, ac vacuatorijs opitulã-
tium. Quum mentula dolorose arrigeretur, de vl-
cere suspicatus sum, consului caueret ab iniectioni
bus, tum ne flegmone proritaretur, tum si semina
rijs vlcus latitaret vasis in mentulæ vtroq; latere
sinuose dispensatis, tales inutiles penitus essent ca
thetere. Et quum vir esset literatus. Si vlcus (ait)
talib⁹ spmaticis decũberet meatulis maior meien
do haud adcresceret dolor, cui respondi subtiliatur
lotio tale virus. hinc propensius lædit, maxime cũ
mentula membrũ sit valde sensile. Hæsitaui super
morbo venereo ob temporis diuturnitatẽ nõ con-
tagioso, cui⁹ morbi medicaminibus desiccatorijs
conualuit. sed ad scopum. Si ossis particula quantu
lacunq; fuerit parua, carie fuerit correpta, citra ra-
suram desup generari caro nequaq̃ potest. Tumo-
res a corrodentibus succis facti, si diuturnauerint,
itidem vlcera non possunt talis corrosionis non es-
se causa. Ait Hippocrates. 6. sententiarum. Vlcera
quæcunq; annua sunt, aut etiã diuturniora, os ab-
scedere est necessariũ, & cicatrices cauas fieri. Ait
Hippocrates libro de capitis vulneribus. De carne
circũstante calorem, & flammam os ad sese trahit,
motũq;, & agitationem, pulsumq; inijcit, ac ma-
la quæ caro habet in sese contrahit, sicq; de iis pu
rulentum redditur. Verum ante talis corroden-

tis fluoris abſciſſionem, ſanari nequeunt, abſciſſo fluore, ac oſſibus raſis bona victus ratione iuuante facillime. Sedāt quoq; dolores. Atqui vel ab iis ſuccis, vel ab vnitatis ſolutione, extrariisq; occaſionibus fiunt. Ait Galenus 3. paruæ artis: Si quid vlceri fluat, prius venit ſanādus fluor. Item immodicus calor, aut frigus ſanationem morat. Dāda eſt ſemp opera, vt exceſſui occurramus. Ait Hippocrates libro de vulnerib⁹. Parū comedere, & aquam potare in omnib⁹ vulnerib⁹ maxime confert, magis tamē recentibus quam vetuſtis. Plura enī ſunt vlcerum curationem impedientia videlicet carnis oſtracatio, tumor, motus, dolor, ſanies, forma, tēperies, copia, aut ſāguinis penuria, ei⁹ praua qualitas, ac animi accidentia. Ait Galenus. 3. Therapeutices. Vlcus quo eſt humidius medicatione qua magis ſiccet indiget. Corporis vero natura quanto eſt humidior, tāto quod minus ſiccet medicamētū poſtulat. Quare ſi qua ſunt vlcera, qb⁹ par eſt humiditas q̄ i ſicciore corporis temperamēto cōſiſtit, magis vtiq; ſiccari poſtulat. Si quidem productam carnem ei quæ præfuit ſimilem eſſe oportet. Quippe (ait paulo ante.) Tus in humida corporis natura carnem producere poteſt, in ſicca nō poteſt. Ait Galenus. 5. Therapeutices. Si particula cui medemur ſicciſſima eſt valentiſſime ſiccetur. hinc paulo poſt ait. Sicciora narib⁹ quam oculo, & aurib⁹ quā naribus conueniūt. Ait Galen⁹. 5. Therapeutices. Tāto ſiccioribus medicamentis eget arteria quam vena, quāto ipſa eſt ſuapte natura ſiccioris temperamenti quam vena. Et ſicut humidior natura hu-

midiora, ita calidior calidiora requirit. Ait Hippocrates libro de vulneribus. Vlcera ne madefacito, quod enim siccũ est prope sanum est. Singulis mẽbris priuata quædam methodus medendi debet. Nec remedia (ait Galenus. 3. Therapeutices) inueniri possunt, nisi prius ad corporum elemẽta sit ascensum, & ægri temperamentũ perpensum. Non corporis modo vniuersi, sed etiam adflictæ particulæ. Quamobrem pro membrorũ, ac vlcerũ, temperamentis conueniunt vnguenta. De quorũ compositione, ac aliarum antidotorũ prouidendũ. Ait Galenus libro de cõmoditate theriacæ. Malicia vnius simplicis frequentius alias corrumpit medicinas. Vetustate quoq; marcescũt, ac earum difflat virtus. Itaq; de omnibus prouidendũ prouidentia equidem oculata, sin minus non poterit sæpius, & patiens, & medic⁹ a spe frustratum iri. Benigna tamen natura summa prouidentia directa ne ingratitudinis insimularetur vicij equidem deterrimi, quod artificis opera quãdoq; subleuaretur, quoad potest supplet, corrigit, ac emendat (quod sæpissime accidit, ac pene necessariũ est, alioqui de medicorum honore male ageretur) medicorũ chirurgorum alioqui pharmacopolarum frequẽtissimos errores. Bone deus quantos indies viciatę vict⁹ rationis errores emendat natura, sese vix potest medicus defẽdere, vindicareq; vllus. sed ad scopum. Cerebri redundantia lenta, aut crassa, sudoris loco per palatum, ac phauces, veluti per conuenientem regionem vacuatur, quod stypticis impediri debet nequaquam. Si ob fluoris acrimoniam, aut

phauces, aut columella, aut palatũ, vlcera subeũt, abscisso fluore cum decoctiõe rhosarum rubrarum albarumq́, florum Chamęmali, & capripholij cymarũ rubi, & plãtaginis, saluię, argemoniæ, aut similiũ ĩ aqua plantaginis, aut vino albo, in quorũ colatura dissoluendo mel rhosatũ diamorũ, aut iis similia aluminis vstulati pro morbi, ac patiẽtis viribus aliquid. Etiam vinum granatorum, dicta colluenda sunt membra. Et facilius curabuntur. Reprimit, resoluit, detergit, ac solidat talis lotio, fluore abscisso alioqui rarissime fit curatio.

¶ De victus ratione in genere.

NOn debet medicamenti operatio mala victus impediri ratiõe, quæ plus nocet quam possint medicinæ quęuis sint ꝓdesse. Hinc Asclepiades ad ęam (aiunt) omnem transtulit curam, medicaminũ vsum damnando, quibus (ait Galen⁹. I. myamir) præmatura mors omniũ consensu inducitur. Ait Galenus. II. Therapeutices. Non minima medicinæ pars est victus instituendi ratio. Ait Hippocrates libro de arte. Si solis medicamentis purgantibus, ac sistentibus medicina constaret, & hoc medicinæ medicorũq́ tantum esset, hic meus sermo cassus, & nõ validus esset. Vident̃ (ait) medici maxime laudandi, qui victus medentur ratione. Si medendi methodus contrarietatem pręscribat veriore (mihi videtur) contrarietate medendũ. Itaq́ si succorum redundantia ciborũ potuumve fiat ingestione, haud ab re cibi penuria parcitateve, medendum, talisq́ curatio (modo fieri possit) natu-

rę magis videt amica, ac min⁹ periculosa. Etenim si talis sit succorum redūdātia, & vacuatorio pellatur pharmacali nisi patiens bona vtatur victus ratione, non poterit non fieri recidiua. fietque ex pharmacia virtus imbecillior magis quam victus vel tenuis ratione. Verumenimuero hoc in morbo cum bona victus ratiōe opus est medicaminibus. Cęterum poti⁹ sudorificis, quam alui seductorijs. Alijs vero quāplurimis morbis quam vacuatorijs magis medēdum victus ratione. quæ variari debet pro tēperatura, ætate, robore, morbo, ac morbi tempore. Ait Galenus. 10. Therapeutices. Consilia cibandi a viribus sumūtur ægri, necnō a morbi tempore. Ait Galenus libro de resolutione assidua. Corpora quæ temperamentū egressa sunt, cibarijs quorum facultas quoq; egressa est temperamentum indigent. &. 5. sanitatis tuēdæ. Ait Galenus. Sicuti fieri non potest vt vnum calopodium ad oēs homines accommodet sutor. ita nec medicus vnam omnibus vitæ speciem quæ conducat. Ait Hippocrates libro de victus ratiōe. Qui de humano victu scriptur⁹ est, eum oportet hominis naturam percognoscere, alioqui quæ conferant porrigere nequibit. His consyderatis propter morbi, morbi temporis, symptomatum, complexionis, roboris, consuetudinis, patientis, cœli status, ac temporis varietatem, in particulari, ac priuatim recta victus ratio minime scribi potest. Ait Hippocrates principio. 3. libri de victus ratione. Propter hominum differentes naturas, perfecte de victus ratione scribere non est, propter ætates, locorum situs,

ventorũ mutatiões, anni tempestates, cibariorum inter se differẽtias, triticum cum tritico vinũ, &c.
Et si morb⁹ sit humidus, ac ob putrefactionem calidus, nihilominus ne linimentorum impediatur operatio, siccis, ac stypticis præcipue vnctionũ tẽpore minus vtendum. Item nec multum humectantibus, ne putrefactio augescat. Nec multis frigidis ne concoctioni, ac digestioni fuerit impedimento. Nec multum calidis, quibus frequentius magis putrescunt succi. dein aduruntur, ac incinerantur. Mitioribus vtendum calidioribus aut humidioribus pro patientis ac morbi natura. Cauere debent patientes a cibis lentis, crassis, stypticis, acerbis, acrib⁹, facilis corruptionis, ac difficilis concoctionis. Ait Galenus libro de optima hęresi. Qui ęgrotant, cibis indigent, qui nõ multa egeant elaboratione. Cauendum ne nimio cibatu impediatur curatio. Atqui cibi quantum robur augent (ait Galenus libro citato) tantũ concoctionem impediunt. Itaqꝫ parce, ac boni succi cibis curationis tempore cibandum. Si vehementi siti illinitionis tempore extra pastum fatigentur patientes. Biliosis cremor hordei. Pituitosis, & quibus os minus est amaricatum, aqua mellis cocta danda est. Ait Galenus. 5. sententiarum commentario. 27. Illud non est in obscuro, quod valde sitientibus illico dandus est potus. Nam defectui succurrere confert. Cauẽdum a cibis ac potibus dulcibus. Ait Galenus de resolutione assidua. Omnes dulces cibi iocinori nocẽt, ac facillime in rubram vertuntur bilem. Ait libro de virtutibus naturalibus. Omnia dulcia biliosis

nocent, nedum mel. Condonãdum tamen aliquid consuetudini, adpetituiqꝫ. Ait Galenus. 1. alimentorum. Cõfert cõcoctioni consuetudo. Ait. 8. Therapeutices. Gaudent semper naturæ consuetis. Ait Hippocrates. 1. sententiarum Condonandum partiendumve aliquid tempori, ætati, & consuetudini. Itidem appetitioni partiendum. Ait Galenus 4. de morbis. Delectatur lingua, quibus indiget ventriculus cibis, verum in sanitate. In morbo vero non semper satisfaciendum adpetitui. Post curationem, ac toto residui tempore recta vtendum est victus ratione, alioqui propensior fieret recidiua, non quod ex malo cibi, aut potus vsu penitus fiat. Quippe ob id in alium (Sicuti indies experimur) morbum frequentius quiuis labitur. Cæterum dispositio, siue qualitas corpori a morbo derelicta, & pene habituata, priorem redolens morbũ. (Et si fuerit viciatorum succorum vacuatio completa necne) nihilominus membris potest remanere a morbo pestilens qualitas, quæ lõgi⁹ in corpore diuersatur ob malam victus rationẽ, quę morat eam. Quamobrem quicquid corpori ingesseris, veluti dolio quo fuit vinum putidum, si vinum vel optimum infuderis, viciatur. ac temporis curriculo pro subiecti ratione non potest non corripi. Ait Hippocrates. 2. sententiarum. Quæ relinquuntur in morbis recidiuas facere consueuerunt. Itaqꝫ bona semper vtendum victus ratione. Curatione facta appetitui magis condonandum. Atqui. Qui melius sapit cibus, facili⁹ concoquitur, necnõ melius nutrit prout ait Galenus libro de resolutione

assidua. Ait Galen⁹. 2. sanitatis tuendæ. Sanus homo naturæ impetu omnia sibi congrua quęrit, potissimum (ait) si quo ad animam rectius educatur. Et. 3. alimentorū ait Galen⁹. Delectatio quod corpori quadret indicat. Cæterum quia frequentius corrūpitur adpetitio, non semper satisfaciendum. Plærunq; vbi non est indigentia ab obiecto mouetur adpetitio. Tale obiectum intemperantiam parit. Magisq; ciborum varietas. Ait Galenus. 87. Therapeutices. Cœna magis edēdū quā prandio, propter sequentem somnum, ac longius spacium inter cœnam & prandium, quam inter prandium & cœnam. Ait Galenus libro de resolutione assidua. Antiqui prandio præferebant cœnam, ob caloris a noctis frigiditate reincentrationem. Etiam in somno mouetur calor ab externis ad interna. Propterea ait eodem libro. Cibus hyeme debet esse crassus, ac multus, propter somni, ac noctis diuturnitatem. Debent excrementa ijs quę adsumuntur correspondere. Ait Galenus. 6. sanitatis tuendæ. Perspiciendum est, vt eorum quæ eduntur, & bibuntur, respectu eorum quæ excernuntur, conueniens seruetur mediocritas. Ait Hippocrates 2. Præsagiorū. Sed pro copia ingesti cibi deijciat bis aut ter diu noctu semel oportet. Plurimum vero subeat prima luce, quemadmodum homini fuerat consuetum. Ait Galen⁹. 2. alimentorum. Quæcūq; excrementosa humida, ac lubrica, alia debēt præcedere cibaria. Ait tamen libro de resolutione assidua. Si quis eadem mensa cibos velocis concoctionis, ac quoq; tarde sumat. hos præponat illis.

Atqui fundum ventriculi carnosius, proinde calidius est. Verum (prout videor) quum tot cibaria, iis plerūq; adponantur partibus, si coctu difficilio ra præcedant tot delicatis, ac varijs faberrime pa ratis obiectis, mouet̃ sens⁹, & sic satietas erūpet. Si vero ecōtrario adponāt̃, nouissimis nō adeo p̄cio sis cibis haud quoq; citabit̃ adpetitio. Cęteȝ poti⁹ talib⁹ nauseabit̃ cibis, nec fiet satietas. Propterea Galen⁹ intelligit vbi non sunt tot ferculorū genera. Ait Galenus libro de resolutione assidua. Omnis cibus, ac potus stypticus, in pastus principio sumptus, aluum sistit, in fine vero lenit aluū. Summe cauendum a nimia satietate, qua corpus fit excremētosum, Iuxta illd̄l. Sorba sum⁹ molles nimiū durātia vētres.

¶ De victus ratione in specie



PAtientibus videtur conuenire succus ptissanę, aut ptissanū (quod hordeatum vocam⁹) studiose coctū, alioqui Ait Hippocrates. 1. de victus ratione in morbis acutis inflat. Est enim cib⁹ medicatorius, facilis concoctionis, ac digestionis, cui non est necessaria masticatio, lubricat aluum, abstergitq;. Ait Galenus. 8. Therapeutices. Ptissana nec exiguos cutis meat⁹ obthurandi, nec extringendi vim habet vllam. Ait Galen⁹. 13. Therapeutices. Sine rosiōe abstergit ptissana. Si vero maiorī esset opus abstersione, ac incisione, adponendū esset in parua quantitate acetum. Ait Galenus. 1. alimentorum. Ptissana humectat bene parata, miscetur autem ipsi quādo bullit acetum. Ait Galenus 8. Therapeutices. Alica similiter ptissanę parata,

id est aceti pauxillum habens, bonũ est nutrimentum. Ait Hippocrates. 2. de morbis. In febri singul tuosa mel cũ aceto decoctũ propinato, ptissanæq; succum paulum admiscens sorbeto, vinumq; albũ vinosum superpotato. Et paulo post ait. In lethargo succum ptissanæ cũ granati succo sorbeto. Ait Galen⁹. 1. alimentorũ. Hordeum est subtile abstersorium. Ait 1. de simplici medicina. Ptissana laudabilem gignit succum, ac humectat, ꝑpterea maxime conuenit biliosis ac pene tabidis. Panis sit purus. Ait Galenus libro de resolutione assidua. Furfuraceus panis bilem gignit atrã. Ait libro de alimentis. Panis furfuraceus parum nutrit. Itaq; aluum soluit. Purus multum nutrit si bene fermentatus. Ait Hippocrates libro de victus ratione. Farinæ non cribratę minus nutriunt, sed magis mouent puræ magis nutriunt. Minus vero mouent. Panis de farina non cribrata siccat, & mouet. Purus autem magis nutrit, sed minus mouet. Panis non fermentatus minus mouet, sed magis nutrit. Ait Galenus libro de alimentis. Panis azimus vtilis nulli. Si bene concoquatur. (Ait. 3. alimentorum Galenus.) bonum gignit sanguinem. Panis recenter coctus flatuosus est, ac sitim conciliat. Panis calidus siccat. Panes magni valde nutriũt hæc Hippocrates. Non sit panis ex putido tritico, grauiterq; olenti. Quale aut temporis, aut ventorum iniuriis, aut loci, solive malicia, aut corporum cœlestium qualitatib⁹ arcanis, iis quandoq; putridũ crescit partibus. Ait Theophrastus vredine, gelicidio, ac syderatione corripiuntur plantæ. Talis

profecto i tritico, morb9, syderatio vocari meret, quippe semen est spacelatum. Laurentius laurentianus. syderatum vocat cerebrum, quod vocat leonicenus spacelatum, prout adparet. 7. sententiarū sententia. 50. Et sicut gangrena mortificatio est nō integra (vti superi9 dictū est) Sphacelos vero integra est syderatio, & ambo cōtagio vicina corrūpunt mēbra sic aliqua tritici grana īpfecte, aliqua vero pfecte corrūpūt ac cōtagio alia corrūpūt grana. Propterea ex tali syderato tritico panis nō pōt non nocere. Itaq3 vitand9. Nec me latet syderationem apud auctores multiphariā sumi. Sicuti ait Galenus. 2. interiorum capite. 2. Aliquando capitur pro tetano, aliquando pro attonito, vt Hippocrates libro de glandulis. Et sic potest intelligi in dicto aphorismo. Et libro de flatib9, ait traductor syderatio id est apoplexia. Cauendum a carnibus nouiter natorum porculorum. Ait Galen9 libro de euchymia. Lentæ sunt, ac excrementosæ. Ait Hippocrates. Porcellorum caro, quam suum grauior est. Ait Galen9 lib. de subtiliāti dieta. Carnes porcinę ob lenticiā iecur obthurāt. Ait li. de alimētis. Carnes porcinæ q̄tū lenticia bouinas superāt tantum bouinæ crassicie porcinas. Itaq3 ait carnium porcinarum alimenta, non facile difflantur. Proinde exercitatis vtendum, maxime tamen nutriūt carnes porcinæ. Ait Galenus. 6. sanitatis tuendæ. Caro porcina multū nutrit. Ait. 7. Therapeutices. Caro suilla omnium quos nouimus ciborum maxime nutrit. Ait. 3. de alimentis Galen9. Caro porcina omnium edulliorum maxime nutrit, & ma=

gis alit quia glutinosa ac humanis similia carni-
bus. Ait Hippocrates libro de passionib⁹. Carnes
suillæ laborantib⁹ & exercitatis ad robur, bonūq;
habitū, optime sunt. In hoc tamen casu præcipue
curatiōis tempore non videntur conuenire. Atqui
natura non est ciborū copiæ, ac eorum concoctio-
ni multū occupāda. Sufficit quod vires in via non
deficiant. Id quoq; de bouinis carnibus dicēdum.
Preter vitellinas, quę in pauca quātitate haud dis
conuenire vidētur. Volatilium carnes quam qua-
drupedum (Ait Galen⁹ tertio alimentorum) mi-
nus nutriūt. At quia prout ait libro de resolutione
assidua facilius concoquuntur magis conueniunt.
Ait Hippocrates libro de victus ratione. Carnes
volucrinæ quam quadrupedum ficciores sunt. Ait
eodem libro. Carnes salitæ propter salem minus
nutriunt. Anserum tamen. Caro excrementosa est,
ac concoctu difficilis prout ait Galenus. 3. alimen
torum, itaq; disconuenit. Pauones sunt concoctu
difficiles, præcipue senes prout ait libro de resolu-
tione assidua, Ait Galenus. 7. Therapeutices. He-
sternum quam recens necatum facilius concoqui-
tur. Ait. 3. alimentorum. Magis syluestria quā do-
mestica nutriunt, ac minus sunt excrementosa. Ait
Hippocrates libro de victus ratione. Leporina ca-
ro siccat, ac lotium mouet. Et eodem libro ait. Pau
ciuora multiuoris, mascl'a fœminis, frugiuora her
biuoris, castrata non castratis, nigra albis, pilosa
glabris, ficciora sunt. Ait quoq; eodem libro labo
rantium. Carnes sunt validiores. Ait Galenus li-
bro de subtilianti victus ratione. Omnia monta-

na maiorum sunt virium quam campestria. Quã-
obrem in aere libero viuentia subtiliori, ac tempe
ratiori. (Ait libro de subtiliãti victus ratione Ga
lenus) maiorum sunt virium. Et in passionario ha-
betur Capite de cardiaca passione. Animalia sa-
ginata sunt ventriculo noxia. Ait Galen⁹. 8. The-
rapeutices. Excrementosa sunt omnia exercitio ca
rentia. Ait Galen⁹ libro de euchymia. Partes in
exercitate excrementosiores sunt exercitatis. Ca-
stratorum caro in omnibus melior q̃ coeuntium.
Macilentorum caro mala. Vetustorum pessima.
Ait Galenus libro de resolutione assidua. Cerebra
omnia ventriculo sunt noxia. Ait. 3. de alimentis.
Pauci sunt nutrimenti & sebum, & pinguedo sub-
uertuntq; adpetitum. Ait Hippocrates libro de vi-
ctus ratione. Cerebrũ medullaq;, quum sint exan-
guia grauissima censentur. Cauendum a piscibus
limosis, aut in paludibus degentibus. Ait Galen⁹
tertio alimentorum omnium pessimi pisces qui in
lacunis cibantur. Ait Hippocrates libro de passio-
nibus. Pisces lacustres præpingues graues sunt, ma
rini littorales leues decocti quã assi leuiores. Car-
ne duri pisces coctu sunt difficiliores, quam carne
molles, prout ait. 3. alimentorum. Ait Galenus li-
bro de euchymia. Maris pisces minus culpabiles,
odoratiores, minus pingues, ac putrescunt rarius.
Ex ijs meliores carne duri ac fragiles. Ait Galen⁹
tertio alimentorum. Cancri elixati sunt coctu diffi
ciles, ac aluum sistunt ob salsedinis amissionẽ. Ole
ra non conueniunt, sunt (ait libro de euchymia)
mali succi. Ait Galen⁹. 8. Therapeutices. In oleri-

bus quod nutrit parum est, quod inutile multum. Ecõtrario de pane puro, ouis, carne, & alica. Optimum nutrimentum est ptissana, huic proximũ est alica. Ait. 2. de alimentis. Parũ nutriũt oĩa olera, ac mali sũt chymi. Ait Galen⁹ lib. de resolutiõe assidua. Oĩa olera mali sũt chymi. Nec cõueniũt horarij fructus, sunt excremẽtosi. & si in ventre corrũpantur deteriora euadunt. Vniuersæ radices veluti coctu difficiles, suspectæ sunt. Ait Galen⁹ libro de subtilianti victus ratione. Pisa, fabæ, lentes, discõueniunt. sunt enim flatuosa, ac coctu difficilia. Fabæ tamen (ait Galenus. 1. alimentorum) abstersoriam habent virtutem. hinc facilioris sunt egestionis, quam pisa. Ait Hippocrates. 6. epidemiarum. Mares, ac fœminę, qui sæpe legumina comedebant cruribus debilitabantur. Cauendum a lacte (Ait Galenus. 3. de alimentis) Lac iocinori ac renibus nocet. Ait libro de resolutione assidua. Lactis nutrimentum crassum est. Ait Galenus. 5. sententiarum commentario. 63. Lac in ventriculo frigido coacescit, in calidiori fumigat. Ait. 3. alimentorum. Optima sunt oua recentia, vetula pessima. Optimum dant nutrimentum tremula ac sorbilia, hæc propensius concoquuntur. illa vero magis nutriunt, hęc vocalem magis leniunt arteriam. Dura ac frixa sunt coctu difficilia superfluifica, ac crassum gignunt succum. Ait Galenus. 12. Therapeutices. Ouorum alba ægre concoquuntur. Conueniunt passulæ, pruna cocta, nec multa alia. Cæterum de omnibus agere esset potius fastidiosum, quam vtile. ¶ De potu.

N pastu vtendum vino albo pro pa=
tientis natura aquato. Cęterum mi=
nus in pastus principio. Vinum cum
hoc quod nutrit, pot⁹ est delatorius.
Propterea in pastus principio citra
nocumentū hauri minus potest. Ex=
crementa, aut cibum incoctum, aut vtrunq; , quum
facilis sit cōcoctiōis faciliorisq; digestionis, haud
secum ducere non potest. Propterea multus cibus
vinum pręcedere debet. Magis quadrant vina al=
ba, oligophora, aquæ transparentiam referentia.
Ait Galenus. 1. sanitatis tuendæ. Vinum modice
haustum amarę bilis acrimoniam mitigat ac fran
git. Præterea per lotium, ac sudores vacuat. Ait. 4.
eiusdem libri. Concoquit semicrudos succos quan
tum quoduis aliud, tum sudorem lotiumq; mouet,
ac somnum conciliat. Ait libro de resolutione assi=
dua. Vinum album non facit dolere caput. Cæterū
plærūq; sedat. Ait Galenus. 5. interiorum. Vinum
album modice stringens, ventriculum robustū ef=
ficit, nec tentat caput. Ait Galenus. 5. sanitatis tuē=
dæ. Minime vinum album calidū. Ait Galen⁹. 12.
Therapeutires. Neq; enim inuenias ex albo vino=
rum genere calidum vllum. Ait Galenus libro de
vinis. Vinum album austerum infrigidat vel sensi
liter. Et eodem libro ait. Paucissimum nutrimētū
aquosum prębet vinū. Ait Dioscorides capite pro=
prio. In prospera ac valetudinaria sanitate magis
confert vinum album. His concludendum curatio=
nis tempore hoc magis vtendum vino quam cęte=
ris vinis. Non cōueniunt vina dulcia. Ait Galenus

libro de vinis fiticulosa sunt;vina dulcia, lędũt iecur pulmoni cõferunt. Ait libro de subtilianti victus ratione. Vina dulcia sunt crassi sanguinis generatoria. Cauendum est a vino turbido aut acetoso,aut austero, aut euirato. Ait Galen⁹.12. Therapeutices. Vinum quod paruis seruatur laguncullis est ventriculo noxium, capitisq; dolorem excitat. Ait Hippocrates libro de victus ratione. Vinũ acetosum frigefacit. Si vinum etiam corpori immoderatius ingeratur frigidos parit morbos. prout ait Galen⁹ libro de morborum causis. Ait.3. temperamentorũ. Si plus vini bibatur quam a natura vinci queat, tantum abest, vt animal calfaciat, vt etiam frigidiora gignat vicia. Atqui apoplexia, paraplexia, hemiplexia, caros, coma, morbus comitialis, ac conuulsio immodicam vini potionem comitantur. Si vero modice sumatur intimum auget calorẽ Ait Galenus. 2. de morbis. Vinum est alimentum maxime familiare, optimi succi cibus, alimẽti plurimum tribuens. Ait. 2. temperamẽtorum. Vinum vt corpori adsimiletur, opus desyderat minimum, quo fit vt tum nutriat, tũ celerrime roboret. Ac succis semicrudis est auxilio. Ait Galen⁹.12. Therapeutices. Ante concoctionis notas vino non licet vti. Cauendum a vino nouello. Ait.7. Therapeutices. Aegrius cõcoquitur, estq; magis excrementosum. Ait Hippocrates libro de victus ratione. Mustum inflat, subducit, ac in ventre bulliens perturbat. Cauendum etiam a vino forti, quod oenode (id est vinosum) vocant. Ait Galenus libro de euchymia. Lædunt neruos vina cirrha calida. Id quoq;

vina arómatica, ac ſpecieb⁹ condita. Itaq; iís ab= ſtinendum. Non dormiẽdum quoad cibus ad ven triculi fundum deſcenderit. Propterea ait Ariſtote les. Ambulatio poſt cœnã eſt cauſa ſanitatis. Dor= miendum ſex, ſeptem ve horas, pro patiẽtis ætate ac temperie. Ait Galenus. 12. Therapeutices. Som nus concoquit, vigiliæ digerunt. Ait. 2. regiminis acutorum. Somnum ſequitur cõcoctio. Vigilias di= geſtio. Ait Hippocrates libro de victus ratione. Somnus poſt matutinas deambulationes valde ſic cat, ac ieiuni ſomnus emaciat, & refrigerat. Saturi vero ſomnus calfacit, languidumq; reddit. Labor autem corpus ſiccat, ac validum reddit. Ait Gale= nus. 1. de ſanitate tuenda. Nihil ęquæ membra fir= mat, calorem accendit, ac corpus indolens reddit, atq; exercitium, ſi fuerit oportunum. Ait Hippocra tes. 6. epidemiarum. Sanitatem exercitium facit. Deſidia labores, & mala. Ait Plato. Ignauia cor= pus exoluit proprij officij robur exercitatio auge= re ſolet, & alio loco ait. Ocio labores anteponite, niſi rubiginem ſplendori præſtare putatis. Ait Ga lenus lib. de exercitio paruæ ſpheræ. Optima ſunt exercitia, quæ non ſolum corpus laborare faciunt, ſed & animam etiam lętam reddere poſſunt. Non eſt tamen qualitas (ait) vtilis, ſi quantitate corrũ patur. Ponit exquiſitum ordinem Galenus. 1. de ſa nitate tuenda dicens Labor, cibus, potus, ſomnus, venus, omnia mediocria. Idem dicit Hippocrates 6. epidemiarũ Labores, cibaria, pocula, ſomnus, ven⁹, mediocria ſunto. Et libro de Glandulis ait. Labor, ac exercitium, corpus corroborat, vali=

dumque reddit. Et libro de dieta ait. Labores ſuapte natura ſuperflua demunt pro corporis natura metiamur labores. Ait Galenus libro de reſolutione aſſidua. Cibus ſuccedēs exercitationi inuenit calorem fortem, alioqui obtuſum inuenit, ac excrementis ſubmerſum. Ait libro de cacochymia. Eis qui poſſunt exercitari ante cibos, neq; certa eſt op⁹ victus ratione. Eis autem qui propter rerum circūſtantias prohibentur. Non ſolum certa vict⁹ ratio, ſed etiam pharmacijs ſanantibus eſt opus.

¶ De quibuſdam obſeruandis poſt curationem.

PEr commodū erit facta curatione ſi cōuenienti interuallo aluum ſubducant, per ea quæ modice purgant cuiuſmodi eſt dialoe (quam picram vocant) diebus quibus aliquod celebratur feſtum. Propterea in regimine pręſeruāte nonnulla vorantur catapotia, maxime ab hominibus vita ocioſa, ac minime frugali vtentibus, immediate ante paſtum præcipue cœnam. Quum dicitur medicinæ cū cibis nō competunt, haud de benedictis intelligitur. Atqui quotidie ſemina, cicera, radices, paſſulæ, pruna, manna, ſaccharum, ac huiuſmodi multa cum quibuſdam miſcentur medicinis. Verum ſaccharum ob guſtum miſcetur, ſin minus vix eſſet earum vſus. Confert enim vt medicina iucunde ſumatur. Ait Galenus libro experimētorū. Caueto ne mali ſaporis des medicinas, quod odio habetur plus nocet quam proſit. Ait tamen. 4. ſanitatis tuende. Nō enim dum dulcedini ſtudetur, vim medicinæ ſolui

ſubeo. Quamobrem talia catapotia cum melle, po mo cōcocto, ſaccharo, aut paſſulis, aut ſyrupo, ob guſtum deuorātur. Ac cibus illico ſumptus ne aut catapotiorum qualitate, aut eorꝫ effumatione ven triculi offendatur hoſtiolū prohibet. Et quum ma gnam haud naturæ inferant vim, totius corporis virtus rectrix vtile amplexādo, quod ſibi eſt inuti le ſecernit. Ex medicinis eñ componuntur, quarū virtus primæ concoctionis excrementorū eſt pur= gatoria. Atqui in parua ſumuntur doſi, & quorum virtus non eſt cibi corruptrix. Plærunqꝫ quadraret ſi pro tali paſtu cibus vna cum excrementis deijce retur penitus. Quum frequentiſſime ciborum non eſt indigentia, ac melius naturæ conſuleretur non cœnare. Si vero fuerit indigentia, qđ eſt benignū trahet natura quum talia catapotia non ſint effre= nanter ſubducentia. prout ſequentibus videbitur. Sunt eñ cōcoctricis facultatis recreatoria, quippe nihilominus concoctæ ſecernuntur feces, vna cum paucis ichoribus, ac in nonnullis hominibus cum pituitaceis, ac lentis excrementis, citra torſiones, ac virtutis proſtrationē. Et vorantur duæ, aut tres pilulæ, pro corporis natura, ac facilitate. Compo= nūť ex Rheubarbari, corticū myrobalanorū citri norū, kebulorū, agarici recenter trochiſcati, añ ſcrupulū vnū croci, cubebarū, maſtiches, añ grana quatuor, ſpice, rhoſarū, añ. g. ij. & aloe cum ſucco endiuię crudo lota, & lauando a fęculentia depu= rata ſcilicet ad pondus omnium cum oxymelite fiant. vj. pilulę pro. 3. harum medicinarū vires pau lo inferius ſcribentur. Propterea quod immediate

ante cibum vorãtur ventriculum ſiccare nequeũt. Aliæ quæ in media ſumuntur nocte, ſunt plerunq; fortiores fortaſſiſq; ſcammoniatę, aut cũ turbith, aut colocyntide, aut euphorbio, aut huiuſmodi venenoſis compoſitæ, ſecũdam in iecore concoctionem nequeunt non lędere, nec vẽtriculum nõ deſiccare. Et plerunq; infecta prima concoctione cibis miſcentur. hinc multa prorumpunt incommoda. Primis vero ante cibum ſumptis pilulis, ſuccedit vehemẽs adpetitio corporiſq; alleuiatio, aliјs vero aboletur. Propterea qui illa damnãt catapotia laudantes quæ media vorãtur nocte, feſtucam in alterius oculo vident, trabẽ in proprijs oculis minime videntes. Mea æſtimatione primæ pilulæ conferũt corporis exercitio feriantibus, ac opipare viuentibus, qui non poſſunt non repleri multis, ac varijs excremẽtis, pręſertim ſi ocio literario aut rei publice operam importune nauent, ac ſanitatis tuendæ rationem habere nequeant. Ait Cornelius celſus. Et imbecilis ſtomacho quo in numero maior pars vrbanorum, omneſq; pene cupidi literarum ſũt. Obſeruatio maior neceſſaria eſt, vt quod vel corporis, vel loci, vel ſtudij ratio detrahit cura reſtituat. Inde tales niſi ſibi prouideant talib⁹ catapotijs ſiue pilulis, aut ſimilib⁹ medicinis, morbis apti fient. Ait Galen⁹ primo de febrium differentijs. Huius enim meminiſſe oportet, vt nulla cauſa ſine corporis aptitudine agere apta nata eſt. Et paulo poſt ait. Generatiõis morborũ pars eſt maxima adficiendi corporis præparatio. Ait Galenus. 4. ſanitatis tuendæ. Qui in ocio degunt,

iȷ pituitoſum aceruare ſuccũ ſolent. Itidem qui policiæ famulantur propter importunum, & animi, & corporis exercitium non poſſunt non fieri excrementoſi, & magis ſi in eadem menſa multis ac variȷs diuerſarum facultatum cibis vtantur. Maxime ſi purus ventriculus haud ſecundum excipiat paſtum, ſignanter iȷs partibus quibus ob aeris, ac ciborum intemperiem ſatietatem, deſidiam inertiſſimam, importunumque exercitium obthuratum redditur iecur, caleſitque. Repletur caput vaporibus, quorum in pituitam, ac bilem pro vaporis ac temperaturæ natura conuerſorum. circa ventriculum, pulmones, renes, articuloſque, pro partium imbecillitate propenſius fit profluuium, ac totum excrementoſum pene redditur corpus. Ait Galenus primo de febrium differentiȷs. Excrementoſi breuem ac fallacẽ obtinent ſanitatem. Itaq; dictis pilulis venienti morbo occurrendum. In excremẽtoſis vero, ac recta vtentibus victus ratione, tantum abeſt vt quadrent, vt noceant plurimum. Et quum hoc quod nocerent, prauę obnoxium redderent corpus conſuetudini. prout colligi poteſt a Galeno tertio ſententiarum commentario. 15. Ait Galenus. 8. myamir. Aloe alioqui lota iȷs aduerſatur, qui citra humorum maliciam calida, ac ſicca fatigantur diſtemperie. Ait Cornelius celſus libro. 1. capite. 1. Sanus homo qui bene valet, & ſuæ ſpontis eſt, nullis obligare ſe legibus medicinæ debet, neq; medico, neq; alipte egere. Hunc oportet varium habere vitæ genus, modo ruri eſſe, modo in vrbe, ſæpius in agro, nauigare, vena-

ri, quiescere interdum, sed frequentius se exercere. Si quidem ignauia corpus hebetat, labor firmat, illa maturam senectam, hic longam adulescentiam reddit. Nullum cibi genus debet fugere, quo populus vtatur. Propterea excrementosis tales tantum prosunt pilulæ. Nec inficiari velim quin conueniant puro, ac non cibato ventriculo, humido, ac robusto. Atqui earum virtus haud multum desiccat. Vtcunque earum fiat vsus, fieri tamen non debet frequens, ne natura mandet obliuioni consuetas operationes. Summe prouidendum, vt ex quibus tales componuntur pilulę, laudabiles sint medicinæ. Ait Hippocrates epistola ad Crateuam. Hærbæ montanæ robustiores, acriores, ac vehementiores sunt, quam aquaticę, propter terræ densitatem, & aeris tenuitatem. Et paulo post ait. Quandoq;. Plurima serpentia, ac venenata, malum virus iniecerunt hærbis circũque spiritu, anima, & aura interiore hiando pro auxilio malignitatem inspirarunt. Ait Dioscorides principio sui voluminis. Flores legendi sunt antequam decidant. Semina quum siccari inceperunt. Radices vero incipiente foliorum defluuio.

¶ Eligenda est bona aloe, non scybalina (cabalina barbare dicitur σκύβαλον græce fex latine) siue fœculentia. Cęterum pura, pinguis, ruffa, iocinoris modo concreta, friabilis, egregia amaritudine, ac facile liquescens. Ait Galenus sexto de simplici medicina. Præ omnibus aliis medicinis ventriculo confert quem ait Dioscorides purgat, aluum soluit, somnũ conciliat, auriginosos emen=

dat. Et ne sua caliditate offendat, cum succo endi-
uię crudo lauatur. Ait Dioscorides. Intyba est sto-
macho adcommodata, ac eius ardores in cibo le-
nit. Ait Galenus sexto de simplici medicina infri
gidat intyba. Ait Galenus. 8. Myamir. Deponit
Aloe de sua pharmacositate lauando. Cæterum
ea lota, quiuis febricitantibus, non tamen vehe-
menter febricitantibus impune dabit. Ait Gale-
nus. 7. Therapeutices. Aloe lota vacuat quidem
minus, sed roborat magis ventrem, lauãdo fœcu-
lentia est deponenda, sola superior pars est acci-
pienda. Quæ & sic refrigerata, ac lota, magis sol-
uit, quam inferior pars, quæ magis stringit, ma-
gisque emplastica est.

❡ Agarici eligatur fœmina rectas intus pectinum
modo, venas, ac diuisiones habens, gustum a prin
cipio dulcescentem, mox amarum habens. Sitque
raræ, ac albæ substantiæ. Ait Galen⁹ sexto de sim-
plici medicina. Agaricus est medicina soluens, in-
cidit materias crassas, iocinoris, ac renum recludit
obthurationes, arcuatisque medetur. Ait Diosco-
rides, medetur iocinorosis, suspiriosis, intestinorũ
torminibus, ac lotij angustijs datur. Cibum in ven
triculo non continentibus datur, acidaque eru-
ctantibus. Et vt melius conferat cum zizimbere
in vino infundendo componitur. Necnon Gale-
nus præcipit dare cum vino, itaque haud discon-
uenit adsumere cum cibis.

❡ Vnguinosi eligantur mycobalani, põdere gra
ues, non multum veteres, quorum cortex crassus
sit, ac densus. Iecur ac ventriculum roborant, re-

purgantque, ac misticum agarico spica, ac rheu=
barbaro obthurare minus possunt. Cæterum sua
stypticitate, haud parum conferunt. Ait Galenus
11. Therapeutices. Impensius quam cætera mem=
bra, & ventriculus, & iecur adstringentia desyde=
rant. Item bilis moderantur inflammationi, bo=
num gignunt colorem, oris fœtorem emendant,
ac senectam retardant. De ijs videtur Galenus lo=
qui. 8. Myamir, capite. 7. quando dicit Nardus, ac
myrobalanus citrinus succorum prauitatem per
vrinas deducunt. Aloe vero per aluum Mea æsti=
matione saluo meliori iudicio myrabolanus bar=
bare dicitur, potius myrobalanus βάλανος græce
glans latine, modo glans nomen est generis. Fru=
ctus palmæ (quos dactylos vocant) phœnicoba=
lani vocantur, & myron græce μύρον vnguentum
latine. Atqui myrobalanus species videtur esse pal
mæ, prout colligi potest a Dioscoride, eiusq; glos=
sematico Marsello Vergilio viro literatissimo.
Myrobalani etenim in arabia ad vnguenta expri
muntur. Ait Galenus. 14. Therapeutices. Confert
autem de nominibus doctrinæ clarioris gratia,
quandoque differere. Ait tamen. 10. Therapeuti=
ces. Liceat nominibus cuique quibus voluerit vti,
modo a rerum natura non declinet.

¶ Crocus sit odorus, rubeus, in capreolis vero exi
guo sit candore, sit etiam longus, integer, friabi=
lis, squalidus, qui cariem nō senserit, ac leui sit acri
monia, colorem emendat, arcet crapulam, aufert
ebrietatem, lotiumque cit.

¶ Sit mastiche, pellucens, candida, crassa, friabi=

lis, necnon odorata, adcommodatur ventriculo, oris halitum emendat. Ait Galenus septimo de simplici medicina stomachi, ventriculi, intestinorum, iocinorisque flegmonis medetur.

¶Sint cubebæ rubicantes, amaricantes, ac non veteres, ciunt lotium, ac menses, frangunt renum lapillum, ac capitis medentur dolori. Ait Galenus secundo Myamir, vbi de dialoes agit compositione. Melius erit si asari loco ponantur cubebę.

¶Nardus eligatur recens, lenis, comosa, amaricans, ruficans, ac odoratissima. Confert ventriculi erosionibus, ac inflammationibus iocinorosis, felle suffusis, renumque passionibus. Cęterum quia raræ est substantiæ, eius virt⁹ ocyus difflatur, eius loco spica Gallica (quam lauandulam vocant) poni potęst, & nimirum quippe odoratior est, quam spica nardi.

¶Rhosæ rubræ, ac odoratæ, humenti conferunt ventriculo, ac eius hostioso. Fluentem aluum, sanguinisque excreationes compescunt sui odore, ac stypticitate ventriculum roborant. Ait Galenus libro experimentorum. Medicaminib⁹ admiscenda sunt vētriculi recreatoria. Ait octauo Myamir, capite sexto. Sicut quæuis fœtida ventriculum subuertunt, ita odorata eum fouent. Ait Hippocrates libro de probitate. Odores fœdi, maliue, fugiantur, præsertim vini, qui præ cæteris peior est. Propterea cauendum ab aere fœtido, ac putrido internis externisque putridis vaporibus, quibus spiritus corrumpuntur. Et spiritus sensibus inseruiunt, ac sensus intellectui. Itaq; talia corpori ingenioq;

nocent putrida, propterea maxime conferunt rho ſæ. Odorata vero calida (ait Galenus ſuper illam ſententiam. Suffitus aromatum mulıebria ducit, ſæpius & ad alia vtilis eſſet niſi capitis faceret grauitatem) ſuperiora nutu ſuo petentia, caput tentant, adgrauantque. His conſyderatis tales pilulæ ſiue catapotia non poſſunt opipare, ocioq; viuentibus iuuare. Ac toto præcedenti proceſſu. Videtur Galenus doctrina non diminuta, cęterum locupletiſſima, omni morbo, omni ætati, omni naturæ, ac tēpori, ſaluberrima, itaq; huic laus & gloria.

¶ Dialogus aquæ argēti, ligniq; Gaiaci colluctatorum, ſuper eorū prælatura, aut principalitate, in morbi venerei curatione veritatis enucleatiuus.



Vum de duobus inſtrumentis hui⁹ venerei morbi curandi facta ſit mentio, de eorum prælatura diſſerendum. Ac vtrinque ſuas defendat partes, videlicet aqua argenti, ac lignum Gaiacum. At quia longo æuo aqua argenti Gaiacum præceſſit lignum, primo loquatur aqua argenti. Septem planetarum influxus, ac colores, attribuerūt metallis Platonici. Videlicet Solis auro, Lunæ argento Saturni plumbo, Iouis æri, Martis calybi, Veneris ſtanno. Mercurij vero aquæ argenti (quam Mercurium vocant) Quę in argēti prorumpit minera, aut ex ſulphure, aut ex eadem fit minera. Ob vero huius planetæ ſcilicet Mercurij, aut analogiā, aut influxum, aut vtrunq;

Iãdudum cuidam homini, in omni disciplinarũ
genere eruditissimo iditũ fuit nomẽ Mercurio. Io
uis (Aiunt) ex Maia filio. Et vt dicunt, Isis ac di
ctus Mercurius ex medicinæ repertoribus perhi-
bentur. hinc trimegistus nomine donatus. Mercu
rius vero facundiæ deus, ac deorum interpres di
citur, præestq; mercaturæ. Ait Phurnutus de deo
rum genealogia. Επίσκοπος γὰρ τῶν ἀγοραζόντων
τί ἢ πιπρασκόντων, ὡς μετὰ λόγου παντα ποίειν Δεον
τος, id est & vendentium & ementium, vt omnia
cum ratione, ac decenter quæuis fiant episcopus
est Mercurius. Quando quidem talis planeta suas
mihi largitus est vires, vt plane videar eius pro-
prium sperma. hinc originem ab eo duxi veluti a
proprio genitore. A tali profecto cœlesti orta pa
rente, non gloriari nequeo. Nec mihi haud parũ
non gratulari, eius donata virtutib⁹ valeo, quam
obrem hæreditario iure medendi vires redoleo,
& meo splendore, meaq; nobilitate non possum
cœlesteis vires nõ referre. Lignũ Gaiacum. Nihil
turpius accidere potest. Ait Plato quam seipsum
honorandum non propter virtutem, sed propter
maiorum gloriam præbere. Qui gen⁹ laudat suũ,
aliena laudat. Itaq; & si ex deorum genealogia,
ac quibusdam fueris donata viribus, non tu ceterũ
opifices in te veniunt laudandi. Item auorum me-
rita nepotum degenerantium verissima sunt indi-
cia, ac nobilitas non nascitur, sed viuendo compa
ratur. Ait Galenus libro quo agit ad bonas arteis
exhortationem. Non enim ex dignitatibus ciuili-
bus, neq; ex claritate generis, neq; ex diuitijs com-

ſueuit deus hic præſtantiſſimos iudicare, ſed qui cum virtute vitam agerent. Propterea tuis volupta tor operib⁹. Aqua Argēti. Quanto in precio apud alcumiſtas, phyſicos, ac rerum naturæ inquiſito= res, ſuo artificio lucelli gratia, in aliā naturā alio= qui precioſiorem me trāſſubſtantiari volentes fui, nemo neſcit. Cæterum cœleſtis facultatis meę for= ſitan ignari operam luſerunt. Lignum Gaiacum. Tuo magis venenoſo ſplendore peſtilentiq; natu ra decepti, ſicuti amatores vmbratilem ſequentes formam lenitatis tabe merito damnantur. Aqua Argenti. Nunc temporis cum principibus, ducib⁹, comitibus, regibus, aliiſque magnatibus, religio= ſis, pręſulibus, aliiſque hominibus verſor, ac eorū morbis curatu difficilioribus medeor. Lignū Ga= iacum. Omnibus videlicet. Aqua Argenti. Quam plurimis veluti, lepre, pſoræ, licheni, phthiriasi. Cæterum maxime medeor morbis ex ſuccis, haud meis abſimilibus. Quid mihi ſimilius quam homi nis ſperma, dein pituita. Quæ citra motum vacua= ri nequeunt. Et quid me mobilius!? Itaque iure mi hi vendico, prę omnibus venereo mederi morbo, a ſpermate imediate dein pituita, nouiſſime aliis ſuccis pro materiali emananti cauſa. Pro efficien= ti vero, a virtute imaginatiua facultatibus infer= nis imperitanti. Lignum. Gauderem vtique te mi= hi occurriſſe. verum (aiunt) inuidiam inter pares, vel medicos apprime verſari (quod abſit) Talem profecto venereum quoq; medicari profiteor mor bum, non meis penitus viribus. Natura enim eſt quæ curat morbos. Ait diu⁹ Hippocrates quinto de

morbis vngularibus. Natura morborum medica, non ab arte, sed a seipsa. Ait Galenus. 3. paruæ artis. Omnium natura opifex, medicus vero minister. Propterea meas adiutrices vires porrigo. Ac vna cum quadam pænitentiali quadragesima huius morbi curationi plane conuenienti mederi valeo. Et quum a virtute sensili, ac intrinseca (prout sæpius dictum est) talis emanauit morbus, seminisque copia vehementi ac desyderata trahente voluptate. Animi igitur tristicia, ac corporis non mediocri dolore, haud ab re huic morbo medendum. Ait Plato. Qui libidinis non luit pænas est miserrimus Qui peccat, iam est miser. Cui peccare licet, prope est miser. Et quum naturæ sis mineralis, inferneque, ipse vero aereæ, ac supernæ. Mea vtique magis interest huic mederi morbo, quam tua. Et quasi in talis morbi curatiõe commercium videris habere nullũ. Aqua. Satis ampullosę iam iam mecum agis, ac importune (prout videre videor) mihi occurris, non est opus socordię. Vnusquisque nostrum vtilitatis, animique laxandi gratia suas proprias tueatur parteis. Lignum. Volo. Aqua. Satis superius mea est reclusa facultas subtilio, penetro, dissoluo, sudorifico, secretoriam facultatem ad morbi curationem vsque indesinenter prorito. Quod huic venereo morbo quadrare maxime videtur. Est mihi virtus pene sensilis, nedum naturalis, prout mea adparet mobilitate. Huic morbo venereo maxime medeor, mea cœlesti facultate (quam arcanam vocant) nedum elementaria illa (Ait Galenus. 13. Therapeutices)

per experientiam. Hæcveo ratione magis inue-nitur. Cõueniunt inuicem. Ambabus etenim inest contrarietas. huic scilicet elementariæ cum methodo, illi vero citra methodum. Longa quidem experientia, inuenta sum huic medicari morbo. Haud aliter quam rheubarbarum biliosis medetur morbis. Agaricus pituitosis, electrum festucam trahit. Lapis heraclius quoque ferrum euocat ad se, ac huiusmodi talia pene infinita. Quædam in specie dissimilia nedum insimilia talem arcanam fundunt virtutem. Acus enim a magnete fricta, aliam trahit acum. Ait Philostratus in vita Apollonij. Rabiosus canis adulescentem momordit qui eo morsu caninos cœpit referre mores. Latrabat vt canis, & instar quadrupedum pedibus, manibusque gradiebatur, quem puerum Apollonius curauit. Ait Galenus. Solus canis eo corrumpitur adfectu. Necnon tanta fit in ipso humorum corruptio, vt solum eius sputum si humanum contigerit corpus, rabiem possit excitare. Sicuti solus magnes ferrum trahit, ita solus canis rabie corripitur. Nec expertum est citra alterius animalis contagium hominem rabie obsideri. Cuius rabiei prima cœlestis videtur origo. Ob eam solum rem excipitur homo. Nec meo iudicio aliud voluit. Aristoteles. 8. de natura animalium, capite. 22. quippe ante Galeni, necnõ Aristotelis rabie a canibus rabidis corripiebantur, nec excipiebantur homines. Si magnes suam in ferream fuderit acum suam arcanam qualitatem, talis acus alteram trahet, quoque si canis talem rabidam qualitatem infuderit homi-

ni, similiter rabie talis corripiet homo. Vnaquæq; profecto res, duplici donatur dote cœlesti, ac elementaria. Hinc mea occulta arcanaque, vna cum elemētaria natura huic medeor morbo, cum quibusdam aliis quibus præsideo medicaminibus, ac calore tum interno, tum externo iuuātibus. Et veluti purgatorio salutifero sani euadunt homines. Nec tale purgatorium cum mea minerali natura (quidquid volueris in hoc cōtradicere) dissidium habere videtur. Atqui paulo (aiunt) inferno superius locatur purgatorium. Inferni vero loc⁹ infimus est. Lignum. Forsitan ob paruam loci distantiam inferno (in quo nulla est redēptio) inscius mederis, sic vna cum morbo vita tuos priuare videris patientes. Aqua. Non diffiteor in curatione haud cęcutientis egere ducis obsequētisq; patientis. Si qui præstigiatores circulatoresve, ac pseudo medici meipsa pro dicti morbi venerei curatione abutantur, culpatumiri minus debeo. Qui vero eorum iugo se subiiciunt, impudentiæ imprudentiæve labeculæ, haud insimulari nequeunt. Magnates tanquam albæ filii gallinæ, potiones, succorum adæquationes, longas vnctiones fastidientes, ac victus rationem paruifacientes, veram experiri dedignantur curationem. Iuxta illud Aristofanis. Qui diues est, nullis tenetur legibus. Paupe res vero onus impensarum suis forsitan impar humeris ferre nequeunt. Itaque rarenter optatus succedit euentus. Propterea me multi damnant, ceu nocentem. Lignum. Quum omnes artis medicæ pene doctores venenosam, corrodentem, ac ner-

uos (quib⁹ hoc in morbo affatim deberes mederi) lædentem te esse prædicant. hinc supramodum te extollis, nihilominus (Ait Apuleius) potest quiuis falso gloriari. Omnis talis iactatio mendacij suspitione carere minus videtur, ac proprio sordescit ore. Cæterum rem verissimam audito. Quum nō esset adhuc satis certa, pro venereo morbo medendo antidotus inuenta, quasi e cœlo pro humani generis salute descendi. Non meum cæterum aliorum sit iudicium. Iam meæ vires in lucem prodiere, apud quasuis nationes sum celeberrimum, necnon cœlesti, ac elementaria natura me donauit, virtusque cœlestis virtutibus, non equidem mineralibus, ac venenosis, cęterum humanæ naturæ conformibus. Sum naturæ ad talem morbum fugandum non paruo auxilio. Crassos incido succos, lentos detergo, meatus recludo, denique per conuenientes regiones citra quoduis periculū insensiliter pene vacuo, & hoc multo tēpore. Natura etenim haud repētinas tolerat mutationes. Ait Hippocrates 2. senteñ. Plurimū atq; repēte euacuare, vel replere, vel calfacere, vel refrigerare, siue quouis alio modo corp⁹ mouere periculosum, qm̄ om̄e nimis est naturæ inimicū, sed quod paulatiue fit tutum est. Atqui natura catharterio violēto moderari nequit. Item bonos succos, ac spūs, ab omni malicie labe pręseruo, mēbrorū maxime nobiliū vires ꝓtego, meo cōsolor odore, mea humecto succositate. A mēbris carnes putridas separo abstergo desiccoq; modo patiētes ꝓba ac tenui vict⁹ vtantrōne. Nec ab re. Quū in tali morbo excremētosum

sit corpus. Ait Hippocrates secundo sententiarum. Non pura corpora quanto plus nutries, tanto magis lædes. Et septimo sententiarum ait. Si quis cibum febricitanti dederit, vt sano robur, sic laboranti morbus. Si aliquod tamen superuenerit symptoma, vires deijciens, alimonia illico danda est. Ait Galenus primo sententiarum cõmentario. 17. Si vires sint debiles, & adfectus ex corruptione prouenerit, parum ac sæpius cibi dandũ. Parum quia virtus debilis, sæpius quia indiget. Atqui defectus (Ait) adiectionem exigit. Corruptio vero temperamentum. Verum inediæ quantum proficiunt ad morbi curationem, tantum vel amplius viribus officiunt. Propterea per totam quadragesimam conjectari oportet, an ęger cum victu sufficiat perdurare, vel morbus ante deficiat, atque hebetescat. Videtur talis quadragesimalis pœnitẽtia prę omnibus medelis tali venereo mederi morbo. Quum omnis curandi indicatio contrarietatem præscribat, & talis morbus ob satietatem sæpius prorũpat. Atqui sine cerere, & baccho friget venus. Et vẽter vino æstuans, facile despumat in libidinem, eamobrem innitendum in curatione tenui victus rationi cũ paucissimis, ac benignis medicinis. Ait Galenus in fine libri experimentorum. Scias quod medici altarium per sacrificiorum cibos curabãt, vnde alijs medicis meliores censebantur. Optime enim debemus (ait) laudare virum, qui illa facit per cibum, & plus quam qui curat per medicinã. Quia corpora quæ curantur per exhibitionem victus rationẽ, ad temperantiam propensius redu-

cuntur, quam qui per medicinam. Ait.8. myamir Galenus. Optime operantur quæ cum eo quod dis crasiam sanant nutrire possunt. sed cibi, ac potus, vices gero, atque huic curatu difficiliori medeor morbo. Aqua. Est quid inauditum chronicis morbis talem victus rationem, quam iactitas pœnitentialem quadragesimam conuenire. Ait Hippocrates primo sententiarum. Victus tenuis atq; exquisitus, in morbis quidem longis semper, in acutis vero in quib⁹ non conuenit periculosus. Et empirici more, nec tempori, nec ætati, nec consuetudini aliquid addis. Quia morbo semper aduersatur natura, nulli dubium quin illi semper opitulandum. Virtus profecto sui custodiam semper præscribit. Alia victus ratio biliosis, alia pituitosis, alia iuuenibus, alia senibus debetur, ac consuetudini maxime prouidendum. Ait Galenus secundo sententiarum commentario 12. Biliosis inedia febrim accendit. Et. 10. Therapeutices. Calidis ac siccis naturis aduersissima inedia est, ac febrium paratissima causa. &. 2. Regiminis acutorū Inedia os amaricat. Vt plurimum graciles biliosi sunt, quibus indigentia haud parum nocet. Itaque talis curandi modus pinguioribus ac humidiorib⁹ quam gracilioribus si debeat conferre quadrare magis videtur. Senibus quoque parum conferre videtur, ob consuetudinis mutationem, siccitatem, ac virtutis imbecillitatem. Nec debilibus. Propterea si in tuo aduentu apud aliquos ob tua mendacia extolleris, tuis tamen viribus cognitis, tuum extinguetur nomen, ac mendacia quorum me insimu-

las iure retorquentur in te. Nec æstimandum est, tanta tennis victus ratione, ac tam longo tempore in tuis insulis homines tali, aut simili, morbo venereo correptos vti, sicuti dicis. Nec talia cibaria superius dicta. Nec ab aliquo vetere medico tanta vict⁹ tenuitas in morbis probatur chronicis. Hinc nimirum si pauci, aut pene nulli tibi, aut tuæ penitus imaginarię quadragesimali pœnitētię fidant.
Lignum. Sæpissime accidit, & vere ais. Multa cognitu obsolescere, dein sordescere. Nōnullos sanis in faciei cute haud absimileis, in abditis vero mēbris hyeme maxime gracilibus hominib⁹, ac atra bilariis penit⁹ absimiles, prę pudore minime querulosos cognouimus, ad nos supplices confluentes, & quos tuis vnctionibus venenosis, vel decies celebratis pene perdideras, mea saluberrima pœnitentiali quadragesima sanos reddidi. Tantum profecto abest, vt tuo purgatorio boni succedant effectus, vt plærunque priori morbo longe deterior fiat adfectus. Et quasi videris nata ad deteriores morbos concinnandos. Et si adpareat fieri cu ratio potius fictitia quam vera meretur dici. Nimirum si mea pœnitentialis quadragesima, a veteribus medicę artis doctioribus minus probatur, eorum temporibus nondum talis irrepserat morbus. Haud ab re si nouo morbo nouis symptomatis referto, noua sit excogitata curatio. Nec inficiari velim talem pœnitentialem quadragesimam mutatumiri debere, pro patientis temperatura, robore, ætate, morbi diuturnitate, ac consuetudine. Sicuti in omnibus morbis ab authorib⁹ decretum est, sed

de indiuiduis certa non potest dari scientia. Medici artificiose coniectantis in huius venerei morbi curatione præsidentis interest, de talibus indiuiduis agere. Pro basi, ac pro omnis instrumenti scopo haberi debeo, & quanto curatio cum sola victus ratione facta illi quæ fit cum medicinis præstat, tanto tibi præferri debeo. Atqui victus rationi naturæ sospitatrici, quam medicaminibus virtutibus aduersantib⁹ fidere magis debemus. Non meis meritis erumpunt medẽdo. palato, gurgulioni, faucibus, naribusque vlcera, vna cum dentium mobilitate, scabricie, nigrore, ac oris fœtore, sicuti tuis talia succedunt vnguentis, quamobrem cum tua venenosa qualitate ab hominum cõsortio debes exulare. Aqua. Tuis nugis gaiace excandescit mihi bilis. Si meis vnctionibus talia succedant vlcera, ac symptomata, non meis meritis, cæterum corrodẽtium succorum. Atqui materiei motę acritudo ocyus, fortiusque nocet. Ante profecto non paucos annos capitis scabiei, ac pediculis, citra talia vlcera saluberrime medicatus sum. Item oris vlcera, citra meas vnctiones temporis curriculo prorumpunt, & si succedat oris fœtor, ob aliarum antidotorum qualitatem prauam, veluti cerussæ, adulterinique lithargyri prouenit. Itaque immerito me damnas. hinc vapulare nedum exulare deberes. Item tuo te suspendis laqueo. Ais nimirum si nouo morbo noua excogitatur curatio, quippe omnes pene morbi præter istum victus ratione curari possunt. Nec auditum est sola victus ratione aliquem curatum fuisse. Sum propterea inuenta, ac

multis experimentis probata pro huius morbi venerei curatione, cum bona victus ratiōe, nō equidē adeo tenui vt blateras, sed exquisita, vna cū meis linimentis quoque exquisitis saluberrime curo. Et sic meo purgatorio ad pristinam patientes reduco salutem. Atque cum Hippocrate, ac Galeno medicorum luminibus medicationem profiteor. Propterea inquantum videor, longo intersticio quibusuis curandi modis pręferri debeo. Cęterum nos gaudio prępediti, vel ægritudine æqui iudices fieri nequimus. Sup huius venerei morbi curatiōis prælatura, immobilem audiam⁹ precio iudicem. Lignum. Volo, modo nulli nostrum faueat, nullicꝫ fuerit etiam authori vel addict⁹ opinioni, sed pro ratione experientia galenina dogmaticacꝫ secta dijudicet. Aqua. itidem velim loquatur.

ℭEpilogus.



Vditis horum colluctatorum rationib⁹, cui vel Gaiaco, vel aquæ argēti talis vulgaris, ac venereus, debeat magis succumbere morbus, ob temperaturorum, ætatum, corporis roboris, morbi, morbique temporis varietatem. Item ob colluctatorū varias naturas, iudiciū in ambiguo versari videtur. Gaiaci vero natura nostræ videtur naturæ conformior, eius tamen curandi methodus, quādam inhumanitatem ob victus rationis tenuitatem præ se ferre videtur. Aquæ argenti medendi ratio ob temporis breuitatem, ac victum plenior

rem cum natura benignius videtur agere. Eius tamen natura nostris corporib⁹ non parum videtur aduersari. De ei⁹ profecto natura omnes pene medici scripserunt, de Gaiaci vero natura pene nullus. Hæc paulatiue videtur mederi, illa vero repentinas habere videtur operationes. Hæc pro tanti morbi curatione debiles videtur habere vires, illa vero satis fortes. Quum vero Gaiaci natura nõ satis nobis per veteres medicos pateat, experimẽta sint periculosa, ac tale quadragesimale ieiunium gracilib⁹, senibus, ac debilibus sit valde suspectũ. Et talis venereus morbus curatu sit difficilior. Gaiacique vires sint satis debiles, alioqui tot dies nõ vterentur patientes, & extremis morbis extrema exquisite remedia optima sunt. Nec victus ratione quouismodo talis venereus potest curari morbus. Propter aquæ argenti facultatis arcanæ, cũ huius morbi venerei causis vel abditis symboleitatem frequentiora experimenta, aliasque varias, ac multas causas in dialogo positas, gaiaco debere præferri videtur aqua argenti. Nec propterea inficiari velim, modo quæ de gaiaci prædicant viribus vera sint. Nonnullos robustos venereo morbo correptos humidos pituitososque præcipue patientes gaiaci beneficio posse curari. Graciles vero biliosos, debiles, ac famis impatientes, haud frequenter. Omnibus vero aquæ argẽti method⁹ tali morbo correptis conferre videtur. Nimirum si optati raienter succedãt euentus. Quippe cerdones scorta mulierculæ, nonnulliq; apostatici literaꝝ penitus ignari nullis vocatis medicoꝝ decretis frequẽtius

cũ aqua argẽti, ne dicã illiꝰ methodo oĩ vorato pu dore huic medenť morbo. His causis, ac rationibꝰ æquo animo perpensis, vt finem faciam Aquæ arːgẽti methodo Hippocratis ac Galeni meritissimo rum in medicina pontificum præceptis affatim fa mulantibus, quam gaiaci methodo, magis fidenːdum. Loquor de iis inuẽtis iam præsidiis. Quippe solers, literatũq; ingeniũ, indies humanę cõsulẽs naturę, salubriori poterit (nõ hęsito) iis dictis an tidotis venatum iri medelã, deo iuuãte, q solꝰ lanːgores sanat, & q sua ĩfinita misericordia corporis & animi largitũ iri salubritatẽ nobis digneť amẽ.

Τέλος.

τῷ θεῷ χάριτας.

Finem capit hoc pręclarũ medicinæ opus in alma Parrisiorũ academia, nũc primũ formu lis excusum, per venerabilem artium, & medi cinæ doctorẽ Iacobũ ab Abethencourt Meːdicum Rothomageñ. assumptum ex proprio originali, manu propria prædicti doctoris. Sumptibus Nicolai Sauetier Calcographi, in vico Carmelitarum, sub homine syluestri. Anːno a partu virgineo. 1527. Mense Octobri.